



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

V. De Angelorum in suas Hierarchias & choros diuisione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

QVÆSTIO V.

De Angelorum in suas Hierarchias
& choros diuisione.

QVÆSTIONEM hanc quartæ proxime imediatam subiungimus, & si ab aliis disiungatur non parum, nimirum post disputationes de eorum merito, ac demerito, pœnaque, & supplicio: quia Hierarchiarum, & Chororum diuisio, & coordinatio à Patribus, & Theologis memorata ex solis Beatis est. Sed tamen, quia ea diuisio, & coordinatio, per superiores, & superiores hierarchias gradus, & choros ab infimo ad summum iuxta minorem, vel maiorem naturæ ipsorum perfectionem disposita à Deo à nonnullis, nec sine fundamento, & verisimilitudine iudicatur, iure quæstionibus de diuisione, quoad intrinsecam naturam Angelorum, hanc quæstionem adiungimus, ut potest de ipsam subsequenter, perfectionibus, & ex cuius examine diuisio specifica, quæ de facto est in Angelis maiori fundamento definitur ac de gradibus hierarchiæ Angelicæ oppositis, per quos Dæmones dispositi sunt ad plenam de Angelis cunctis (quatenus haberi pro hoc statu potest) intelligentiam disputandi aditus patebit.

CERTAMEN I.

Hierarchiarum Chororumque celestium vulgata apud Patres, & Theologos constitutio, diuisio, & nominum ratio.

Hierarchiæ græcum nomen compositum à *hieros*, quod idem ac *sacer*, valet, & *archos*, quod *Princeps* significat, tantundem valet, ac *sacer princeps*. Tres omnino hierarchias Angelorum esse ex Magistro suo Paulo didicisse fateretur Dionys. Areop. arque Ecclesiam, quasi ex Pauli ore docuit lib. de celesti hierarchia c. 6. & vnamquamque earum in tres choros esse diuisam. Primæ, & supremæ hierarchiæ chorum, summum, & excellentissimum Seraphinis huic proxime inferiorem Cherubinis, arque eius hierarchiæ infimum thronis ad purum constare nos docet. Mediæ vero hierarchiæ choros primum virtutum secundum dominationum, tertium, & vltimum potestatum recenset. Tertiam, vero, & infimam hierarchiam totidem etiam choris componit. Quorum primus, ex Principatibus, secundus, ex Archangelis, postremus, ex Angelis confletur: quia nulla respectu Angelorum aliorum inferioris ordinis (qui nusquam est) præcellentia eis adest, quare solo generali nomine Angelorum designantur inde vero constat tres celestes hierarchias in nouem choros Angelorum diuisas, & coordinatas esse id quod ita est à Patribus, & vniuersa Theologia receptum, ut negari citra ingentem temeritatem nequeat: imò citra hæresim iuxta aliquos Doctores. Siquidem Genes. 3. fit Cherubinorum mentio: Seraphinorum Isai 6. Dominationum, Principatum, & potestatum ad Ephes. 1. eorumdemque ac thronorum, ad Colossens. 1. Archangelorum 1. ad Thessalon. c. 4. ac rursus Angelorum Archangelorum, & principatum ad Rom. 8. vnde Gregor. Magn. hom. 34. in Euang. ait. *Nouem Angelorum ordines dicimus: quia videlicet esse, stantes sacro eloquio, scimus: Angelos, Archangelos, virtutes, potestates, Principatus, Dominationes, Thronos, Cherubim, & Seraphim*, ac satis ex datis scripturæ locis probat: quare in reuelatis à Deo eam veritatem, contineri, ac subinde esse de fide censet, & quæ ne-

gari citra hæresim, nequeat. Nec temperari ea censura potest. Authoritate Augustini c. 8. Enchiridii sententis se ignorare, quid ea nomina *Potestates, Dominationes, & Principatus* significant, neque enim eorum ignorat ordinem, numerum, & diuersitatem, sed quo vnus ab alio differentia, eis nominibus significata, consistat illam enim certa fide tenere se ait, quid autem sit quo differant, fateretur iterum ignorare lib. contra Origenistas, & Priscillianistas c. 21. recitatio à nobis textu q. 4. cert. 2. n. 1. fine.

2. Confirmatur censura ex Patribus reliquis vniuersis citatos, Martiali epist. ad Tolosan. c. 12. Clemente Romano 8. constitutio c. 12. Hilario in Psal. 134. Ignatio Martyre, epist. ad Trullian. Ant. Abb. epist. 1. t. 3. Biblioth. Athanas. serm. 3. & 4. contra Arian. & q. 4. & 14. ad Antiochum Irenæo lib. 2. aduersus hæres. c. 54. Chrysost. hom. 2. de incomprehensibili Dei natura & hom. 4. in Genes. Basil. in sua Liturgia Damasceno lib. 2. de fide c. 3. Cyril. Alex. 1. in Genes. Innocentio Pap. 111. 2. de mysterio Missæ c. 61. Laurentio Iustiniano serm. de Angelis apud nostrum Soarez supra à cap. 13. Bernar. 5. de considerat. & aliis apud Estitum in 2. d. 9. §. 1. Cum autem hanc sententiam Patres omnes, ex citatis scripturæ locis tanta concordia contineri asserant, vel supponant, eam de fide esse dubium mihi non est: quare, & oppositum hæresis esse dammandum. Nec obest aliquando Angelos, qui thori, & hierarchiæ inferioris esse videntur, nominibus superiorum, & contra Angelos, qui videntur superiorum, inferiorum, & nominibus quoadque à scriptura nominari, ut enim recte Molina ad quæst. 108. d. vni. §. illud notari & Arriaga citat. d. 4. lect. 3. §. *quæritur tamen potest & Theologi reliqui ea nomina ex officiis, & actibus Angelis tunc communibus absolute (& si specialiter hunc choros, & perfectius, atque, ut sic dicam conuenerunt conuenientibus) hierarchiis, & choris singulis retribuantur: ut ex ardenti amore in Deum choro Seraphinorum, ex sapientia Cherubinis, & quia & si absolute Angelis omnibus conueniunt, ea nomina, & reliqua, etymologia eorum absolute attendit, tribui absolute hoc vni choro, aliud vero alteri specialiter possunt: maxime, cum aliquid circa homines exerceat, quod non nisi ex præcellenti illa actione, alterius chori pro prioris, ex qua nomen illud inditum ipsi est Angelus chori alterius exerceat. Hinc Michael quia Ecclesiæ Dei, cum antiquæ Hebræorum Danielis totum Christianæ Præfles, Princepsque ab ipsa habetur, Archangelus dicitur: cum tamen ex primo Cherubinorum choro merito censetur: cum celestis militiæ teneat Principatum, & cum Dæmonum Principe Lucifero, seu Dracone, & Angelis eius, ut bonorum Angelorum caput, & imperator pugnalle, in cælo, vero in terra pugnaturus dicatur. Apocal. 12. iuxta varias Doctorum sententias datas supra à nobis, quia scilicet Archangelorum officium est populi, & communitatibus, præesse, quod Michael respectu Ecclesiæ, maxime apud Deum Reipublicæ, exercet. Gabriel etiam ex Seraphico choro sententia est, cui mysterij tanti Incarnationis denuntiatio fuit commissa; & tamen Angelus nominatur: quia ad petitionem determinatam delegatur, quod est Angelorum strictè dictorum proprium munus, ea item de causa Raphaël, se Angelum nominauit & simul factus est esse vnus ex septem spiritibus, qui adstant ante Deum, Tobie 12. n. 15. quos tamen ex superiori choro esse, quam strictè dicto, ac non infimo Angelorum choro, interpretes ibi, & ad repetita illa Ioannis verba, in suis epistolis, & à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt communiter censent.*

3. Et si autem ex scriptura Patrum concordia interpretatione & intelligentia & Theologorum omnium consensu cum Magistro in 2. d. 9. & 5. Thom. 1. p. q. 108. de ternario hierarchiarum, & nouenario chororum Angelicorum numero dubitare non liceat, ac proinde, an ex naturali diuersitate specifica Angelorum vnus chori, vel ex eorundem maiori gratia, & meritis, in quibus eorum aliqui cum aliis eiusdem chori conueniant, ab aliis vero chori eiusdem diff-

rant (vt Dionys. docet c. 17. cuius choro Angelos intra illum summus, ac medius designans) ea tamen diuersitas gradus diuersos illius, non vero choros diuersos proprie & Theologica acceptione constituit: cum intra eundem chorum, ex enumeratis à Dionys. & Patribus claudatur: quare præter diuersitatem graduum, etiam specificam naturam, vel gratiam, aut meritum (iuxta diuersas Doctorum sententias inferius referendas) aliquid aliud chori constitutio, & ab alio distinctio requirit. Quid autem illud sit, apud scholasticos, nec definitum, neque in terminis examinatum inuenio; tamen eius indagandi, atque inueniendi viam indicauerit Magister in 2. d. 9. sic speciales hos ordines, seu choros Angelorum definit: *Est multitudo celestium spirituum, qui inter se in aliquo munere gratie simulantur, sicut in naturalium dotorum munere conueniunt*. Postremum addit, quia gratiam proportionem ad cuiusque naturam esse illis concessam censuit, cui annuere plures etiam interpretes, (in quibus S. Thom. 1. p. 2.4.) de quo inferius ageamus. Noranda vero conuenientia in aliquot munere Magistrum definitione posita, ea quippe denotatur conuenientiam Angelorum chori cuiuslibet in speciali munere, non in generali illo, per quod hierarchia constituitur, & tribus, cuiusque choris, conuenit) multoq; minus in generalissimo cunctis hierarchiis, & Angelis communi; sed in speciali choro cuius cumque conuenientia speciali, specialissima, & infima conuenientia, cuiusque gradus, ex tribus in quouis choro contentis, differentia, etiam infima à cunctis Angelis intra eundem chorum clausis, gradus tamen alterius, habeat locum. Cum ergo chorus conuenientiam hanc specialem, & si non infimam, sed, quæ det locum infimæ conuenientie communis aliquibus Angelis inter se, & disconuenientia, etiam infimæ, communi horum ab Angelis gradus alterius, constet, inter se se gradus hosce posse secundum communem pluribus, rationem, siue naturalem siue donorum gratia coordinari, ac subinde summi, medij, & infimi, gradus constituit: quem ordinem chorus essentialiter importat, ex Magistro, & Dionys. citatis, cum vero contra omnium Angelorum gradus cuiusque ex his conuenientia infima specificæ, vel quasi specificæ sit, disconuenientia eorum inter se in diuersis, vel quasi in diuersis solummodo esse potest, quæ præiudicat conuenientiam multitudinis in aliquo alio munere, ac subinde secundum illam ordinem aliquid multitudinis cum alia, in aliquo speciali communi munere excludit necessariam esse, vt chorus proprie dictus Angelorum constituantur. Conuenientia liquidem, & ordo vnus ad se ipsum repugnat. Nec si vnus indiuiduum ex suis indiuidualibus alteri excedat, ad gradum constituendum superiorem, & inferiorem, intra chorum eundem satis est, vt patet, aliqui infinitis pene gradibus Angelorum chorus quouis constaret, nec solum tribus, supremo medio, & infimo, quos taxato Dionys. vbi proxime recensuit.

4. Verum, & si chororum & hierarchiarum, neque augeri Catholice, nec minui numerus, valeat; aut quoniam chori ex enumeratis, vnamquamque hierarchiam componant à Catholicis Doctoribus in examen vocatur, quia nec ab scriptura exprimitur, neque ex patrum consensu traditum videtur, quare, & libera scholasticis Catholicis disputatio videtur, & opinio. Ultra eum ordinem, quem ex Dionys. retulimus num. 1. Sanct. Bonavent. in 2. d. 9. litteram exponens, & Gabr. ibidem, mediæ hierarchiæ choros eisdem assignant eorum tamen ordine inuersos; vt primo loco Dominationes (quæ secundo ibi) secundo potestates, (quæ ibi tertio) infimo, seu tertio virtutes, (quæ ibi primo, recensentur ex Dionys. in quo tamen, vel Græco, vel quomodocumque in Latinum versum nullum fundamentum est Sancti Thomæ ab ordine chororum, mediæ hierarchiæ à nobis, ex Dionys. proposito solum discordat, quod Dominationes virtutibus anteponeat, cui tandem Dionysius Catholice consentit commentario in caput 6. Dionys. idemque docuisse, refertur à Sancto Thoma

Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus II.

Abbas Vercellensis sua paraphrasi in Dionysium ad idem caput 6. & constat, ex paraphrasi ipsa, quæ extat apud Dionysium Carthusianum post commentaria ipsius, sed tamen Perionij, & tres aliæ versiones adductæ à Catholice ab ordine relato à nobis ex Dionys. Arcopag. nullatenus discordant. Gregor. Magn. & Bernard. supra (quibus annuere Ecclesia vix aliquando est, in Breviario, trium lectionum, quo vtebatur ante Tridentinum lect.) mediæ hierarchiæ, & infimæ choros sic ordinant; vt secundi chori primum locum Dominationibus, secundum Principatibus infimum potestatibus, excludis ab ea hierarchia virtutibus, vt in prima primum locum teneant, & ex illo adsciti Principatibus, vt teneant mediæ hierarchiæ, vt vidimus locum secundum. Huic chororum dispositioni, alteri Dionysij aduersa, aniam dedit Paulus ad Coloss. 1. quatuor choros memorans, alterum, ex suprema hierarchia, postremum, atque ei tres alios immediato suo ordine connectens. quasi primum chorum secundæ hierarchiæ ordine præfato componant, *sive throni*, inquit, *sive Dominationes*, *sive Principatus*, vt in, & si choros aliquot Angelorum, & ibi, & alibi memoret, nullibi tamen eorum ordinem, seruat, aut recenset, ne sibi ipsi aduersari dicamus, vt, patet, ex illo ad Ephel. 1. *Supra omnem Principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem*, & locis aliis notauit à Dionys. Carth. supra qui cum S. Thom. & S. Bonavent. ordini recitato num. 1. ex Dionys. Arcopag. standum esse ait, vt illi à Paulo tradito: ac propterea aliquando aduersarum, vt vidimus, Bernardum tandem oppositionis ante actæ penitus opusculo scripto, quod se vidisse testatur Carthusianus idcirco, & ob consensum Theologorum ab ordine præfato Dionysij Arcop. discedere (quem & Pauli esse, Auctoritate Dionysij eiusdem didicimus) sine temeritate non licebit.

5. Tam de ratione distinctionis hierarchiarum, chororum nouem & diuersitatis vocum, quibus significatur, agendum est: abstracto tamen nunc ab ea questione, an eorum diuisio, & coordinatio in gradus suos inferiores, & superiores, ex naturalibus, vel omnino, vel saltem radicaliter, seu fundamentaliter, an ex donis gratiæ, an ex meritis proueniat: deque ex instructo cert. 1. est quippe digna integro, ac seorsum examine difficultas, & ad præsentem supponendo, cū voces, hæc, quibus chori Angelorum insigniuntur synonymæ non sint, ac eorum supponunt in aliquo diuersitatem: ex eius vero difficultatis examine accurato plurium aliarum decisiones expeditiores, (secutiores) procedent. Nunc igitur, quidam in chori vnus cuiusque Angelis sit vnde proprium nomen cuique inditum à Deo (qui non mere arbitrario, sed, vt speciale aliquid, in quo vnus cuiusque chori Angeli conueniunt, nobis significaret, nomina singulis imposuit, & nobis reuelauit) fuerit, videndum est. Et quamuis substantiis propriis nominibus hierarchiarum diuersitas non denotetur, tamen ex adiectiuis suprema, mediæ, & infimæ denotatur satis. Cum enim Angeli omnes Dei creaturæ, serui, ac ministri sint, qui circa Deum proximius, intimiusque versantur, suæque ministeria de lege ordinaria, specialiter obeunt, primam hierarchiam componunt; sicut quippe Deo cubicularij (vt sic loquar) Hispani de la camera & continui assistentes, & exteris subinde familiariores: id, quod nobilissimum ministerium, est: ex quo secreta Dei plura, perfectiusque ipsis reuelantur, & innotescunt; vti amicis familiaribus inter homines contingit, statim adeo lege, vt aliter fieri iniuriæ loco apud amicos reponatur: vt patet ex querela Dalidæ ad sanfonem, multoque magis ex illis Christi Domini ad discipulos, Ioan. 15. *Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à patre nunc feci vobis*. Inde illis à mediæ hierarchiæ, de immediate, sibi reuelatis à Deo Angelos illuminandos (qui de lege ordinaria, non, nisi per Angelos suprema quidquam secretorum suorum Angelis mediæ reuelat) ius competit. Tacito nunc de naturali potestate instruendi, ac docti in naturalibus inferioris hierarchiæ, & choro Angelos, quæ superioribus Angelis

gelis competat: id enim ex dicendis cert. 2. melius examinabitur: & si autem hierarchia huius primæ Angelis specialis hæc assistentia, familiarior, coniunctior, viciniorque (vt sic loquar) Deo de lege ordinaria conueniat, nihilominus, vt ab eo pro Ecclesiæ, vel hominis priuati bono mittantur, exempli non sunt, vt Paulus supra de Angelis aiebat. *Omnes sunt adiutorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.* Et factio ipso in Michaële, Gabriele, & Raphaële, supra etiam comprobauimus; tamen ad Ecclesiæ, & mundum hunc visibilem, eiusque incolas missio ad duas inferiores hierarchias ex munere, & quasi de lege, pertineat. Media hierarchia secundum ordine, & dignitate locum tenet, quia, & si eius Angeli de lege & munere suo pro Ecclesiæ, & hominum bono mittantur, sicut Angeli tertiæ, & infimæ hierarchiæ, non tamen ad priuata alicuius personæ, sicut infimæ Angeli, sed ad commune aliquod, & vniuersale Ecclesiæ bonum, neque item immediate à Deo mittuntur, sicut Angeli supremæ, vt neque de Dei secretis immediate vt supremæ Angeli illuminantur, sed immediate, ab his mittuntur, vt, & illuminantur: quare non nisi mediate, & per hos à Deo mittuntur, quod pro dignitate, & primatu hierarchiæ Gabrielis, & Raphaëlis intinendo cautum scriptura voluit, dum à Deo missos expressit. Denique infimæ, & postrema hierarchia Angelis constat, quibus speciale aliquod, nec adeo vniuersale bonum curandum committitur: ad illudque, mediatis adhuc à Deo mittuntur, Angelis scilicet secundæ etiam hierarchiæ, nec solum primæ, per se à Dei voluntatem, de agendis per ipsos significantibus, & negotiorum executionem demandantibus.

6. A Dionysio Areopagita locis iam citandis, in iis, quæ ad Angelos spectant, luce, & duce communi Theologi omnes hæc omnia didicerunt, & concordantes sentiunt, & docent: atque ex quantis bene ordinata reipublica, imperio, Regno, Monarchia, & Ecclesiastica hierarchia (quæ si bene ordinatæ sint celestis illius Angelorum Reipublicæ ordinem imitantur, & eo magis quo sunt ordinatiores, ab exemplo, & à posteriori valde confirmantur, etenim Principes, & capita Reipublicæ, Regni, aut Monarchiæ, cuiusvis, tam secularis, quam Ecclesiasticæ immediati-ritibus, suis, & subinde, dignioribus, ac nobilioribus, quibus si res ordinate procedant, maiori ornatui splendori, & vicinioribus circa Principes ipsarum ministerijs inseruiunt, familiarius viuunt, & si capacitate, scientia, & prudentia, cæteris præsent, eisdem primum, quæ ad Reipublicæ commodum agenda Principes apud se decreuit, communicat, per eosque Ministris Gubernationis primis, vt id ipsam immediate inferioribus intiment, & per hos inferioribus, & inferioribus, vsque ad infimos ministros executuros, decreti Principis sui notitia perueniat; & quamuis in Principibus, & Ministris creatis tot gradus Ministrorum, totque Ministri, ex Principis, & Ministrorum indigentia, & imperfectione interneniæ, vt decretum primum in singularibus personis executioni debite mandetur, quibus omnibus, neque adesse Princeps, neque vilius singularis Minister potest, nec attendere, nec pro cuiusvis genio, conditioneque indiuidua, & pro occurrentibus occasionibus, de medijs, ac remedijs, vt Regis decreto executiue à cunctis, & singulis Regni obediatur, imo, nec scire, quinam obediunt: quod secus in Deo habet, qui omnibus, & singulis, creatis, & præsent intime est, ac sine labore prouider, nullaque attentionis, & cognitionis pro creatorum turba, ab alijs distractione singula, & perspicit, ac simplicissima visione intuetur; tamen ad maiestatis suæ, & dignitatem Angelicæ diuersarum (vadeunque proueniant) suæque erga hominum salutem prouidentie, & amoris excellentissimi ostensionem innumerorum Ministrorum gradus diuersi fuerunt in Euangelica Republica creandi, & disponendi. Similibus enim in Principe, quouis creato ostendendis tot aulicorum, dinastarum, & Ministrorum, suis gradibus disposita turba sub ser-

uit: eoque amplius, quo ultra necessitatem præstatam crearentur à Principe plures, & propriis eius non valsalorum expensis disponerentur, acq; decenter suam dignitatem conferrent: explicatis hinc tribus hierarchiis Angelorum totidem, in militante Ecclesiæ, similes ex hominibus, in sui obsequium, & ad hominum salutem procurandam disposuit Deus, vt statim singulos hierarchiarum choros Angelicos sanctis Ecclesiæ hominibus applicando clarebit.

7. Ergo in primo choro hierarchiæ primæ teste Dionys. c. 7. *Seraphini* à nimio claritatis in Deum ardore, ita nominati, ipsique subinde magis familiaris, & coniunctiores, in secundo vero choro *Cherubini*, à scientiæ plenitudine, infimæ eius hierarchiæ chori sunt *Throni*, quasi Dei pacatissimæ tranquillissimæ, opulentissimæ, dignæque maiestate diuina, sedes quæ eis, cæteris etiam Angelis, & hominibus Beatis in se ostenditur, ac æternum ostenderet. Neque ab hac Dionysii doctrina aberrant Doctores qui censent à tribus dotibus, quæ tribus virtutibus Theologalibus, viæ excellentissime in ea exercitijs respondent tres hosce choros denominari, nempe charitatis viæ ardenti Angelorum primi chori ardor charitatis beatæ, fidei Angelorum, secundi viæ excellentissimæ, quæ ipsi possident Dei ipsi insidentis, & quasi in proprio throno habitantis: solum enim præriorum specialium cuiusque chori Angelis, cum eorum meritis, mediatur, & explicant proportionem, quin varient denominandi rationes. Nec te moueat contra hæc denominandi rationes, à Dionysio datas, & ab vniuersa Theologia receptas amorem Beatorum, in Patria, eorum vili- ni proportionari debere; cum in Deo amando nulla sit Deum videntes Beatis libertas, ac prouidentia Deum videntes Cherubini ardentes Deum videntur amanturi, & ardentius amantes Seraphini plenius Deum videntur: quare, & uterque chorus, si assignatæ rationes denominandi attendantur, in vnum erit chorum Angelorum confundendus, qui iidem duplici illo nomine insigniantur. Huic difficultati Doctores, memorati, qui correspondentiam virtutum Theologalium in via cum specialibus, cuiusque chori dotibus meditantur videntur recte occurrere vultisse: nempe, vt Angelis chori, cuiusque specialis excellentia actuum Patriæ excellentie actuum viæ respondens donetur: ac prouide, qui plus in via amarunt amplius ament, & qui amplius crediderunt plenius videant: verum, cum primum patriæ visio Dei sit meritis viæ proportionata, & charitas præcipue virtus, magisque meritoria virtutum sit: Angelis viatoribus ardentius, quam reliqui, amantibus plenior visio Dei in Patria donatur, quam Cherubinis donetur, indeque, & ardentius etiam Dei amor, in eis laborietur: iidemque subinde, & Cherubini, eodem gradu, & ratione, quo Seraphini dicuntur, neque alio Cherubini ob scientiæ plenitudinem suam tales dicuntur, quam ob æquum plenitudinem amoris inde ortam Seraphini dicuntur. Respondere tamen adhuc ij Doctores possunt eas nomenclaturas, non ab eis actibus, quos Angeli in Patria exercent secundum se absolute, & præcise sumptis impositas esse: sed ab actibus, in via exercuerunt, vel latem ab actibus Patriæ, vt relatis ad eos, qui ipsis respondent in via.

8. Plenior sane, planiorque solutio hæc, ea erit, quam ex Soario cap. 13. difficultati oppositæ exhibet Quiros citat. sect. 5. n. 48. §. *Diuersitatem hæc*. Nempe: ob primatum charitatis imperfectione, & gratiori subinde acceptione, & estimatione apud Deum Seraphinis, & si scientia, & visione Dei pleniores Cherubinis, non sint, quasi de excellentia sua prima, & radice beatificæ visionis debuissent primos Angelos nominari Seraphinos, denominatione Cherubinorum, ex secundo in perfectione actu scientiæ, & visionis Dei, secundi throni Angelis relictæ. Sed nescio, quid isthic faciat illa, charitatis prerogativa, quod scilicet visionis beatæ sit radix: siquidem, si de actu charitatis viæ verū sit esse visionis beatæ radicem, quatenus illius actus meritiore est, fallum tamē est de actu charitatis

in Patria (de quo solum hic Author loquitur), qui potius effectus, & fructus visionis beatæ est; quam eius radix. Secundum, Plenitudo amoris, ac plenitudo scientiæ, ex quibus hi chori denominantur, excellentiam Angelorum chori alterius, non qualemcumque, sed cui nihil excellentiæ in linea scientiæ, & charitatis, quæ in Angelis, eius saltem hierarchiæ, si deficiat, importat, plenitudo enim in aliquo genere non est, cui aliquid, in eo genere deficit. Neque is plenus in communitate, seu Republica, & Hierarchia, aliqua haberi, dicique absolute potest, (cuiusvis generis plenitudo sit) si alij eiusdem communitatis inueniantur in eo genere pleniores, nisi maioris augmenti in illo genere capax non sit: Quod de Angelis secundi chori respectu visionis, & amoris Dei dici non potest: imo vero, cum ea nomina ab excellentia plenitudinis intra hierarchiam illam primam in actu alterutro sunt imposita, (vt vox ipsa sonat, & cunctis hæcenus Theologis sonuit) non autem ab eorum actuum inter se physicum, vel metaphysicum primatum perfectionis, (quem nusquam sonuit, nec sonat plenitudo nisi excedentibus in amore seraphinorum nomen, & in scientia cherubinorum congruè aptari non potest. Melior, est igitur præmissa, iuxta Doctorem illorum principia, difficultatis propositæ solutio; sed vero quia ab actibus scientiæ, & charitatis, in Patria absolute sumptis, ita Angelorum choros dispositos, & nominatos Theologi supponunt, & verba Dionys. præ se ferunt, eidem difficultati ex iam dicendis respondeo. Amplius ardere charitate in Deum seraphinos, in Patria, cum scientia, & visio minore quam Cherubinos cum maiore deant, & si enim visio beata Beatos sui impetores in Dei amorem rapiat, non tamen ad omnem etiam intentionem amoris, ad quam potest, cum autem amoris illius absolutum ad æquatum principium, visio non sit, sed partiale, & essentialiter respectum principij alterius, nempe voluntatis, ex visionis intentione maiore amor æquè intensus in sua linea, non inferitur, nec maior in eo, qui intensiorem habet visionem, quam alius, neque e contra ex maiore charitatis intentione intensio visionis, maior; imo neque æqualis ei, quæ sit, in alio, inæquale etiam, in utroque principium alterum: unde ingenuiores eidem principijs, vel traditis ab alio, vel casu, aut labore adiuuentis, magis, facilius, longius, & viuidius, minus ingenuis alijs discuntur. Ad præsens proximius. Perfectionis intellectus Beati cum lumine gloriæ æquali perfectius alijs intellectus imperfectioris. Beatis Deum vident, vt bene Vazquez cum tota sua schola, & alijs antiquioribus defendit: atque æque cum lumine minori: & in visione obiecti, cuiusvis, id quod videtur, experimur imperfectiorem potentiam visuam, siue ex naturali, siue ex accidentali dispositione æque intensa specie remissius, imperfectiusque obiectum videre, quam perfectior alia potentia, & expeditior, & si in his nulla, quoad intentionem, etiam actus videatur videntium, & potentiarum libertas.

9. Ratio autem est quia actus, non ab vno principio partiali solo, sed ab altero etiam, ac simul debet procedere: ac proinde in ea solum intentione, & perfectione potest, procedere, ad quam in conueniēto, utriusque principij essentialiter, atque innicem subordinati in operando, absoluta virtus, & facultas, est: quæ ex alterius principij debilitate, absolute minuitur, & si principium alterum, sit validius, & quod, cum principio altero fortiori, ad longe maius possit: vt patet in homine robusto, lapidem prægrandem mouendum, quem se solo nequeat mouere, nisi si ab alio adiutus, cui si æqua robustus contingat adiutor, non solum illum mouere, sed ferreque poterit, sed lapidem alium adhuc maiorem: si autem à femina, vel puero iugetur mouere illum lapidem non poterit, ita ergo in re præfente, contingit: cum enim visio beata adequatum principium charitatis non sit, non, nisi iuxta alterius principij, cui essentialiter ad eam eliciendam subordinatur, vires, & naturalem dispositionem, &

expeditionem, charitatem, tam quoad substantiam, quam quoad intentionem elicere absolute potest. Est autem in naturis, & voluntatibus Angelorum alia ad amorem de se se promptior, aptior, expeditior, & valentior: quare, & cum æqua, imo minore, visione poterit ardentius amare Deum, & necessario ardentius amabit, quam alterius Angeli voluntas minus de se apta, nata disposita, & ad amandum expedita, Deum necessario amet, aut possit amare, cum maiore visione. Id quod in affectibus voluntatis clarius est, ad quos cognitio, non physice actiue, sed vt conditio, & applicatio motui intentionalis, quod in obiecto per ipsam proposito est, solummodo concurrat, ac proinde tota actus, seu affectus, physica actiuitas penes voluntatem est: ac subinde eius naturali dispositioni, & inclinationi maiori affectus ardor, & intensio maior tribui citius debet, quam cognitioni. Hinc videmus quosdam iisdem positis ad amorem promptiores, alios ad odium: quosdam, ad pietatem, deuotionem &c. quam alios; imo leuioribus motibus remissiusque valde propitius quasi effrenem, siue impotentem vnum quemque in affectus, ad quos eius naturalis conditio, vel habitualis fert, vel suapte genio fertur prostrare, in quos, aduersi genij alij, potentioribus longe motibus, viuidius representatis, multiplicatis, atque instantior enucleatis, ac repetitis vix possunt moueri, quod autem de connaturali conditione, inclinatione, & propensione (vel habituali quæ naturalem imitatur) voluntatis ad actus, seu affectus, naturales diximus, & expetitur, id ipsum de voluntate instructa super naturalibus sit absolute potens, respectu eorum etiam intelligendum est: & simili experimento in pluribus hominibus sanctis comprobatur. Præsertim in sancto illo fratre lunipero Franciscano Laico, simplicissimo, qui in Deum adeo vehemente affectu, quouis de ipso, eiusque amore audito, non corde solum, sed corpore etiam sursum ferebatur, & minus sapientes, magisque simplices, & idiotas homines citius, frequentiusque, iis cordis, & corporis in Deum motibus agi, quam sapientiores experimento innotescit, quod inde tamen euenire puto, quia genij magis speculatiui aridiores minusque affectiui sunt, atque vero, quam bono inueniendo, magis natura sua propensi, & inclinati, ex quo etiam non parum solutionis nostræ veritas, firmatur, ne eorum lucis dicendis, certis, præmittitur, iam vero ad choros secundæ, seu mediæ, ac terciæ, & infimæ hierarchiæ veniamus.

10. secundæ, seu mediæ hierarchiæ, (ex qua Angelorum, erga hominum ministerijs deputatorum chori inchoantur,) primus, & supremus chorus est Angelorum, *Dominationum*, quorum est ceteris inferioribus præsidere, atque ex intimata sibi per supremæ hierarchiæ Angelos voluntate, & decreto Dei mandanda executioni statuere, ac inferioris chori Angelis demandare. Secundus, ac medius est Angelorum *virtutum*, quorum est miraculis inservire in fidei confirmationem, & commune ecclesiæ totius bonum cedentibus. Tertius, & infimus chorus est Angelorum *Potestatum*, quorum est demones cohibere, alligare, & accere. Postremo, & terciæ hierarchiæ chorus primus est *Principatum*, qui Regibus, principibus, Episcopis, & Prælati similibus Ecclesiæ præstant, & assunt: ex quibus illi sunt, qui Regni Persarum, & Græcorum Principes Danielis 10. prælle dicuntur, secundus chorus est *Archangelorum*, qui scilicet regis prouinciarum, regionibus, & ciuitatibus præstant, ac medijs variis ipsarum bonum prouident: quo à Principibus differunt, quibus per Principes solum, quibus assunt, inspirationibus, & aliis erga ipsos actis, earundem commodis indirectè prospiciunt. Tertius, & infimus chorus *Angelorum est*, ita specialiter dictorum, quia priuatis, quibusque hominibus custodes adfunt, & præstant. Ita ex Dionysio explicatis de hierarchiis, choris, & celestibus Angelorum, totidem in Ecclesiæ tante illis respondentium, explicatio non erit difficilis, etenim

cert. i. num. 2. nempe ex perfectiore actu aliquo Angeli in Patria, seu iam Beati illum ad hunc gradum hierarchicum, alium vero Angelum, & perfectiore altero, patriæ etiam actu, ad alium gradum eligi, atque adeo choros subinde his, vel illis, nominibus insigniri, vt in Seraphinis, & Cherubinis patet, atque actibus patriæ, nullum est meritum neque ipsi, vt in via præexistentibus, vt in Patria idem persistant vllum meritum adest, vt patet: ergo, neque conducunt ad electionem Angelorum in suos gradus hierarchicos, quatenus meritorij sunt, sed quatenus secundam entitatem suam Angelos, quibus insunt ornant aptioresque ad munera, & actus suæ hierarchiæ, & gradus proprios exercendos constituunt.

3. Secundo probatur à priori quia, cum is sit constituendi, diuidendi, ordinandi, ac distribuendi Angelos beatos in choros ac hierarchias diuersas finis, non præcipuus solum, sed totalis, eo solum, quo ei consequendo actus inferre possunt, ad eiusmodi constitutionem, & ordinationem, hierarchias, choros & gradus possunt conducere: alii solum, qui ornant, & aptiores reddunt Angelos propriis gradibus, & ministeriis eorum exercendis, ei fini possunt inferre, non autem, quia meritorij sunt præmij supernaturalis, Angelis, quibus insunt, & à quibus exercentur: ergo non meritorie seu actiue intentionaliter in Angelorum, in suas hierarchias, & gradus constitutionem, ordinationem, ac dispositionem conducunt; sed solum materialiter, & ex parte subiecti quatenus Angelis insidendo propriis sui gradus hierarchici, ministeriis, & actibus obeundis exercendisque eos reddunt realiter, formaliter, aptiores, & digniores. Confirmatur: quia positis meritis, quantumuis magnis quorumcumque actuum cum minore aptitudine, seu ineptitudine ad ministeria propria gradus cuiusvis hierarchiæ cuiusvis, siue Ecclesiasticæ, siue cælestis obeunda, & exercenda irrationabiliter, vel saltem minus rationabiliter aliquis ad eum gradum eligeretur, illud enim de electione digni, relicto digniore iuxta Doctores aliquot licita, vt excuset à culpa, vt summum valet; non autem, vt secundum totam perfectionem rationis fiat electio vt fieri à Deo debet, nec cum ob excellentiam in aliquo faciendâ est, vt facta à Deo est hierarchica Angelorum electio, & dispositio: ergo, ad gradus hierarchicos: constituendos, & ordinandos Angelorum non mouent Deum actus eorum, quia meritorij: sed qua melius disponentes ad sui gradus munia, & operationes: meritis enim, quibusque cum eorum actu, tum aliorum omnium operum præmium commune Angelis cum hominibus est plenissimum, & redundans, quin ad gradum hierarchicorum dignitates recursus necessarius Deo sit, vt abunde omnes præmientur, vt de facto præmiantur, vti ob præmium inopiam, ad officiorum, ministeriorumque reipublicæ gradus, & dignitates Principes creati recurrunt, nec tuta sæpe conscientia, cum adeo exercenda, non satis apti eliguntur, & si aliunde dignitatis, & honoris, qui officiorum, & ministeriorum non sit alique ad ea ministeria dignioribus aptioribusque præferuntur.

4. Hinc tamen doctrinæ nonnulla incommodare videntur. Primum hierarchici gradus Angelorum, non solum ministeriales sunt, sed dignitates etiam minoris, & maioris Angelorum Beatorum inter se se, vt alij aliis dignitate in patria præcedant, hæc autem præcedentia, & inæqualitatis dignitatis in Patria nequit esse, nisi ratione gloriæ substantialis, & accidentalis ipsam sequentis in quam non solum præfati actus, quibus distinguuntur, ac denominantur hierarchici gradus; sed reliqui actus meritorie concurrunt; ergo ij actus, omnes ad electionem gradus hierarchici non solum quatenus seipsis Angelum ornant, & disponunt materialiter, & ex parte subiecti, sed meritorie actiue intentionaliter conducunt. Secundo, in omnia materia virtutum in via ab Angelis exercitata, rum ad gradus hierarchicos eorum in superiores, & inferiores coordinandos attendantur; sed solum,

actus illi distinctiui, & denominatiui eorum graduum, quatenus ornant, & disponunt Angelos ad officia obeunda, contingere potest, vt Angelus minoris perfectionis, & sanctitatis in via, superiori gradu hierarchico, quam sanctior, in via alius, & perfectior collocetur tertio demum cum gradus isti ministeriales cessaturi sint post iudicii diem, ex quo ministeria omnia, vel pleraque (scilicet quæ erga homines, eorum que salutem versantur) otiantur, vt communis Theologorum sententia fert, in Angelorum hierarchici gradus ex dignitate, habita ex meritis eorum in via disponuntur fieri, vt post iudicii diem, vel nullus ordo hierarchicus, intra Angelos sit, vel si ex tunc alter meritis cuiusque, & dignitate sanctitatis attentis ordo disponendus sit, poterit Angelus qui ob excellentiam actus, & habitualis inclinationis, ad vnus gradus hierarchici: superioris ministeria exercenda ab in cio ad finem mundi euectus ad illum fuit, post finem mundi Angelis inferioris ordinis gradu cedere debeat, & inferiori eorum gradu collocari; quod sine absurdo mutationis sedium beatorum, nequit admitti, id autem probatur quia potest Angelus, qui ex actu, & habituali inclinatione, ad exercendum ministerium superioris gradus, maiore, & potentiore ad eum eligatur, minoris absolute meriti, sanctitatis, & dignitatis esse; ex qua ministeriorum vtu cessante post iudicii diem hierarchici gradus superiores & inferiores disponendi sunt, vt tota deinceps æternitate ordinate persistant; nec indigniores dignioribus Angelis loco, & gradu præcedant.

5. Hæc tamen omnia ex minore conclusionis nostræ intelligentia opponi solummodo possunt. Neque enim negamus ex maiore etiam, & præcellent sanctitate, gratia, & reliquis donis, siue gratuito, siue ex meritis via à Deo donari, & post viam in Patria cuius Angelo assistentibus ipsi omne ornantibus, eum in superiore gradu hierarchico à Deo etiam constitui: nec solo titulo præcellentis actus, & inclinationis habitualis potentioris ad ministeria gradus illius hierarchici exercenda, etsi ex illis gradus præfati insigniantur, ac denominentur, solum enim negamus actus illos meritorie ad eam graduum electionem Dei voluntatem, proximè, & formaliter mouere (materialiter enim, & remote mouere, quatenus gratia ex meritis, augmentum, gloriamque merentur, & ad eam electionem conducere de facto dubium, nec nobis, nec Theologo alicui esse potest), imo, & de possibili: Etenim ea dignitas, ex gratia habituali, actibus, & habitibus, donis que reliquis constata, in quouis gradu sit, & vnde-cumque proveniat, siue mere gratuito, siue ex meritis, eo præcise, quod Angelo realiter formaliter in sit, eum dignum in tali gradu, constituat, & si maior dignitas sit, quam quæ alteri Angelo ad est, eum constitui digniorem, vt ad altiorum gradum hierarchicum eligatur: vt patet in gratia, & reliquis donis mere liberaliter, & gratuito Angelis bonis à Deo, in instanti creationis concessis, & non amissis, sed seruatis, quæ cum aliis in via ex meritis aucta, æque Angelorum dignum ex parte reddunt, atque illa, quæ ex meritis paria sunt, atque ad gradum hierarchicum pro dignitate illi designandum æque Deum proximè formaliter mouent: imo, si tota dignitas Angeli ex gratia, & donis reliquis mere gratuitis constaret (vt infantibus cum baptismo decedentibus contingit) maiorque, quam in aliis esset, quatenus per dignitatem est ad superiorem gradum hierarchicum à Deo eligeretur. Inde secunda, & tertia obiectio euanescent; tum, quia à Deo Angeli superioris ordinis hierarchici, maiori gratia, & donis supra naturalis creati sunt, iuxta Magistrum sententiarum, & sanctæ Thomæ, & veterum, ac Recentiorum doctrinam, communiorem, qui gratia dona gratuita omnia Angelis in creatione proportionate ad eorum naturalem perfectionem, maiorem, vel minorem concessa à Deo fuisse defendunt (vt nos etiam dicemus, disputatione sequente, questione 1. gratia, Auxiliis

except

exceptis) atque Angelis cuiusvis chori superioris perfectionem specie naturam concedunt, (ut nos statim etiam concedemus): unde rursus dici optime ad easdem obiectiones potest. Angelos hierarchia superioris omnes plus meriti semper habuisse, in via; quia prae communem Angelis bonis praecepti diuini obseruantiam actibus sui superioris chori distinctiuis, ac denotatiuis moraliter perfectioribus, magisque subinde ex specie sua meritorii se via exercuerunt: ac praeterea intensioribus, quam in illis Angeli inferioris hierarchici gradus se exercuerint: quia, ut dixi, cert. i. num. 8. & 9. cuiusvis chori, & gradus hierarchici Angeli magis idoneam propriis sui gradus ministeriis, & actibus exercendis, magisque dispositam, & expeditam naturam sortiuntur: quare intensius eos, ex libertate etiam suae voluntatis, exercent.

6. Igitur conclusionis nostrae primae veritas, eis obiectionibus, minimè nunc, scilicet actus viae, qua meritorios formaliter proximè ad electionem graduum hierarchicorum actiue intentionaliter (propria scilicet motione meritoria) non concurrere, sed materialiter remotè solum, quatenus gratia, & dona reliqua supernaturalia, ex quibus Beatorum cuiusque gradus Angelorum dignitas constatur ex meritis aliqua sui parte donata Angelis fuit: quod non solum materialiter, & remotè, sed per accidens ad electionem Angelorum in suos gradus hierarchicos se prorsus habet: siquidem, si gratia, reliqua dona supernaturalia omnia, quibus Angelorum adaequate sumpta dignitas constant, merite gratuito, & absque ullo merito à Deo collata essent, eodem prorsus modo; ad Angelorum in suos gradus hierarchicos electionem, & ordinationem conducerent, quia eadem eos aequè dignos constituerent, ac modo. cum gratiae, & eorum donorum pars meritis Angelorum in via collata est, imò & cum ea omnia, ex eorum meritis conferrentur, in iis autem supernaturalibus donis, quae dignitatem ex parte subiecti ad electionem, cuiusque ad suum gradum hierarchicum suppositam constituunt, illi actus excellentes, qui cuiusque gradus hierarchici constitutivi, distinctiui, denominatiui, & quasi speciales, quaedam notae, & characteres, ut diximus sunt locum habent specialissimum, si ex eis sint, qui iidem in Patria perseverant: ut ab ea nunc, quaestione intemptiue examinanda absterneant, de actibus virtutum via cum Angelorum, tum hominum, qui Dei visioni possessioni, & fruitioni Beatorum in Patria non repugnant. Si autem, iidem in Patria non persistunt, dona, & insignia, quae pro eis in Patria persistant, ut illorum actuum viae specialem excellentiam, in Angelis Beatis perpetuo ostentent, eundem locum ad electionem, atque actus, pro quibus donantur & substituant, absque dubio habebunt, an verò non solum supernaturalis hic ornatus, & dignitas, ex actibus, habitibusque, notis, ac donis supernaturalibus, compacta, atque cuius gradui hierarchico proportionata, & ex parte Angeli eligendi supposita, materialiter, & ex parte subiecti ad eius in suum gradum electionem concurrens, sed natura etiam ipsa Angelica, cuiusvis gradus hierarchicum, Angelis communis ex parte subiecti, & materialiter, ad eiusmodi electionem specialiter supponatur, & conduceret quaestio esse scholasticis potest.

7. Dixi autem specialiter: communiter enim & remotè cuiusque Angeli naturam etiam indiuiduam, ac proinde, & communem Angelis reliquis, in ea, inclusam, materialiter, & ex parte subiecti supponi certum, ac citra quaestionem est: tum, quia ad dignitatem supernaturalem Angeli, ad suum gradum hierarchicum, eligendi ex supernaturalibus donis, & actibus illius gradus propriis constat, Angelum

eiusque naturam totam, ut subiectum, cui illa insit supponi, ac subinde, remotè materialiter, & ex parte subiecti ad eam electionem concurrere, notissimum est. Tum etiam, quia ad electionem alicuius de facto, ad quemvis gradum obtinendum, munusque, & ministerium, quodvis obeundum, illum in se, & sua natura, & entitate supponi ex parte subiecti debere, aequè est omnibus notum, de speciali ergo alio, & proximo naturae Angeli cuiusque chori, & gradus hierarchici materiali, & ex parte subiecti ad cuiusque in suum gradum electionem praesens est difficultas: quae ita, explicanda, & intelligenda est. Diximus dignitatem talem, ac tantam Angelorum constare, ex gratiae donis, & excellentia actus proprii gradus hierarchici cuiusque ex parte subiecti eligendi, & materialiter conduceret, & concurrere, ut hic ad hunc gradum hierarchicum specialiter eligatur, ac non ad alium: dubitatur an idem, eodemque modo naturis, & physicis entitatibus Angelorum chori, & gradus hierarchici cuiusvis cernatur, ut nisi eius naturae, & entitatis physice essent, ad eum chorum, de facto, & quali conaturaliter, non eligerentur? ita, ut licet accidentaria reliqua supernaturalia, ex iisque talis, ac tanta dignitas huic gradui hierarchico proportionata adesset, si tamen talis, natura deficeret ad illum chorum, vel gradum Angelus non eligeretur: non secus, ac si talis, ac tanta dignitas supernaturalis deficeret, & si talis natura Angelo adesset nusquam ad eius gradum hierarchicum, assumerebatur, ut malis angelis euenit: quibus, & si aliquorum natura, naturae Angelorum chori vnus, aliorum vero naturis aliorum naturae conueniant, ac proinde ex omnibus choris decidisse dicantur; tamen, quia eis supernaturalis dignitas praefata defuit, electi ad gradum vllum hierarchicum, non sunt; itaque illud demum quaerimus: an naturae Angelorum excellentia maior inadaequate, ex parte subiecti, & materialiter, ad eius electionem, ad chorum, & gradum hierarchicum superiorem conduceret, aequè, atque excellentia d. norum supernaturalium, & actuum eius gradus proprium, & ex viisque excellentia, & dignitate naturali, & supernaturali, ad aequata causa, ex parte subiecti eligendi, & dispositio, & proportio ipsius cum illo gradu hierarchico constaret?

8. Dico secundo, excellentia etiam naturae Angelicae talis, ac tanta, maior, aut minor, causa materialis, & dispositiva, ex parte subiecti est, ipsum gradui huic, hierarchico, inadaequate proportionans, superiori scilicet, vel inferiori, prout maior, vel minor dignitas naturae in Angelis fuerit; ita censet Soares, noster supra capite 14. Ioannes Praepositi, ad quaest. 64. articulo quarto, tractatu breui de hierarchiis, ultimo de Angelis dub. 3. sine §. Notandum, vltimo, Alarcon. i. parte, tractatu sexto, disputatione 1. cap. 8. num. 13. & 14. quatenus afferunt gradus hierarchicos, & choros Angelis speciei alios ab aliis distinctis constare: id quod iidem auctores communem sententiam scholasticorum repugnant cum Magist. in 2. d. 9. & 5 Thom. i. p. qu. 108. ac tandem post multas impugnationes fundamentorum, quae pro hac sententia collegit Soares, eundem, ut probabili subleuat Arriaga, citat. disp. 4. sc. 4. subsect. 1. num. 28. absolute, etiam censet simul probabilius deduci ex suppositione, quod de facto Angeli speciei diuersi existant ex hac re de communi opinione certo deducitur, ad gradus hierarchicos ordinandos excellentiam naturae Angelorum à Deo etiam attendi, ut ij in superiori gradu hierarchico constituantur, quorum natura praestantior, & in supremo, quorum natura praestantissima; tum, quia ideo diuersitatem hanc specificam penes superiores, & inferiores gradus hierarchicos Doctores assignant, ut naturae perfectioris, & perfectiores Angelos ad superiores, & superiores gradus à Deo aduocatos debita pro-

positione ostendant: Tum etiam, quia posita specifica diversitate naturæ in Angelis, nequit, non inæqualitas perfectionis inter ipsos admitti iuxta Aristotelem, & universam philosophiam asserentem essentias rerum esse, sicut numeros, quorum nullus diversus ab alio esse potest, cui non sit inæqualis ut patet in æqualibus autem in naturæ perfectione naturalis, maior naturæ perfectio debet attendi conaturaliter loquendo, ut quis præferatur gradu alteri speciei, & naturæ inferioris, cui naturæ ipsius gradibus prælatus esset excellentia supernaturalis dignitatis ad gradum Hierarchicum requisita ad sit, & forte solum æqualis, & proportionata perfectioni naturæ Angeli cuiusvis est (ut postea dicemus) in his prædictis donis supernaturalibus, quæ ad gradus, cuiusque ornatum attinet, non ad minime-
tium.

CERTAMEN III.

*Reliquæ probationes conclusionis eius-
que amplior explicatio.*

1. Probatur secundo ex communi Theologorum sententia, cum Magistro & Sancto Thoma locis citatis, asserentium: dona gratiæ excellentiora minime excellentia, cum proportionate ad naturæ Angelorum dignitatem, & excellentiam fuisse ipsi à Deo concessa: ergo cum hæc requirantur, specialiter ad electionem conaturaliorem Angelorum in gradus Hierarchicos superiores, vel inferiores naturæ excellentia, quæ ad ea supernaturalia concedenda requiritur, requiritur. Obicit huic rationi Arriaga: minus verum videri antecedens: quia Deus dona gratiæ non dat iuxta maiorem, vel minorem perfectionem naturæ, cui nihil debet, nec, si ex debito naturali donaret, dona gratiæ absolute essent ut contra Pelagianos subdole gratiam solum creationis facientes, & gratiam absolute talem, & per Christum volentes intelligi, Patres, & Concilia reclamant: frigit tamen obiectio. Aliud enim est non dare dona gratiæ iuxta naturam cuiusque perfectionem exactiue, quod solum probat obiectio: aliud non dari æstimatiue, & proportionatiue: ut scilicet donis, & ornatu maiori ipso, pluri ab eo fiat natura perfectior, quam imperfectior, si quæ ostendatur, quod nullatenus probaretur: si vera vestis non magis auris virtus, quam lanea, quævis petit exactiue ornari, & æstimatiue, & proportionatiue aurum ornatum ferica præ lanea reposit: ita, ut, si laneæ villi adiungatur dissonet, si autem ferice consonet. Tugurium fericeis, aurique peristromatibus ridiculum spectaculum esset: Regia vero aula eis ornata esset spectatissima ob ornatu, & auxilium proportionem: ita ergo: nulla angelica natura, quantumvis perfectissima, dona vili gratis exactiue tanquam passiones & iure naturæ debitos effectus suos reposit, nedum perfectissima dona: æstimatiue vero, & proportionatiue, quæ perfectior est, petit perfectiora, quæ magis in illam quadrant, quam in naturam imperfectiorem, sic hispane. *Esta tela rica pide guardicion de oro: Este tal-le, vicaria, y hermosa cuerpo tales galas, y jocias: hoc est: divante, iestavante mulien, y coma na-eidas: Quæ de minus eleganti corpore minime dicuntur.*

2. Obicit secundo Arriaga (desperata solutione) contra eiusdem antecedentis veritatem. Auxilia gratiæ excitantis dona gratiæ sunt, æque atque reliqua gratiæ dona: & tamen data Angelis à Deo non sunt proportionate ad perfectionem naturæ ipsorum: nimirum, maiora auxiliorum dona perfectioris naturæ Angelis imperfectioris vero minora: ergo fallum ab solute est dona gratiæ collata Angelis à Deo fuisse iuxta maiorem, minoremve naturæ ipsorum perfectionem: Secundo dona gratiæ auxiliantis data, non sunt iuxta perfectionem, maiorem, vel minorem naturæ Angelo-

Corisiphi, de Orrege de Dei Voo, Tomus II

rum: ergo, nec reliqua gratiæ dona. Cedo, si potes, disparitatem. Minor primi syllogismi (quod enim ematis secundum est: antecedens) probatur ex communiori Theologorum sententia de Angelorum lapsu ex omnibus, vel plerisque Hierarchiis, luciferi ex suprema Hierarchia, & chori, & sic aliquorum, ex inferioribus, ut sequente d. videbimus. Bis quippe omnibus auxilium gratiæ efficax ad obediendum, standumque datum non est: cum eorum plurimi, in naturæ excellentia cum Angelis Hierarchiæ, & Chori superioris, & supremi conveniant: & tamen datum est plurimis Angelis inferioris, & infirmæ etiam Hierarchiæ, & Chori: auxilium autem ad perseverandum efficax cuiuscumque entitatis, & intentionis, ac perfectionis, physice etiam minutulæ, sit maius donum gratiæ esse auxilio quantumvis physice intenso, & perfectissimum, certum Theologis est: Responderetur tamen, non ita difficulter: antecedens esse verum de gratiæ donis ad naturæ, supernaturalem ornatum spectantibus, atque ex merito Dei arbitrio, adhuc materialiter, dependentibus: auxilia vero efficacia, etsi, quoad entitatem considerata, ex merito Dei arbitrio, & independenter à nostro donentur: tamen, quoad efficaciam, non ex illo solum, sed ex nostro etiam pendent, non quidem, ut quæ efficacia sunt donentur, sed, ut efficacia sint: id enim à creato consensu conditionate futuro extrinsecus habent: à quo proinde, tanquam à præbente, & offerente Deo materiam auxiliorum efficacium, qua talium, non autem tanquam ab offerente meritis, aut dispositionem aliquam motuam moraliter, ut ea auxilia efficacia, præ aliis, vel his potius, quam aliis creaturis rationalibus donet: unde ad alia gratiæ dona patet disparitas petita, & distinctio adhibenda maiori primæ obieditionis: efficacia enim auxilia, ita gratiæ dona sunt, ut ratione efficacia, ex qua sunt maiora gratiæ dona à nostro etiam arbitrio pendeant, cum ab eius bono usu illorum efficacia reddantur: quod aliter in aliis gratiæ donis ad ornatum supernaturalem, instructionemque naturæ in actu primo spectantibus evenit: quorum maioritas intrinseca est, & à solo Deo omnino proveniens, atque eo sensu speciali à Deo solo proveniunt, & Dei dona maiora, specialiter dicuntur, & proportionate, ad naturæ perfectionem à Deo donantur.

3. Quod tertio loco idem Arriaga obicit (nimirum, nec gratiam habitalem, & reliqua, supernaturalia dona ad ornatum supernaturalem, & instructionem naturæ in actu primo præcisè spectantia, pro maiore animorum individua perfectione maiora donentur, quare nec danda Angelis esse maiora pro maiore specifica perfectione) ipse diluit, numero 16. §. *Quod vero additur:* quia nobis, non nisi per Sacramenta, vel merita gratia, & dona supernaturalia à Deo donantur, nullatenus attenta naturæ perfectione, quod fecus in Angelis est factum, quibus independenter, à meritis, & sacramentis (quæ pro illis non existerent) ac proinde in eorum donatione maior, minorque naturæ dignitas potuit attendi: atque à Deo spectata est, ut dona gratiæ præfata pro naturæ Angelorum dignitate, maiora, vel minora donaret alicui facile potest. Verum quid dicit, de possibili, & de facto, & Protoperantibus in statu innocentie, quibus gratia, & dona supernaturalia independenter à meritis, & sacramentis (quæ pro eo statu nullatenus ipsis adfuerunt) donata à Deo sunt? An pro maiore perfectione Adami, cuiusque animi, quam Eux ampliore gratiam datam: negabit? an asseret? si negat: nulla est disparitas, assignata: nam tunc in gratiæ, & donorum supernaturalium elargitione sola natura potuit attendi: quare, & locus fuit attentioni maioris, & minoris individua perfectionis naturalis utriusque, ut de specifica Angelorum respondebat: si asserat: nulla est obiectio, non tamen ob disparitatem, ab ipso assignatam, sed ob falsitatem absolute sumpti antecedentis, quod ipse absolute admittit, potest de æqualitate, & inæqualitate gratiæ, & donorum, in quibus Protoperans uterque primum productus à Deo fuit importune nunc à nobis definiatur: cum propriam controuersia 9. de opere sex dierum, & statu innocentie d. 2. eius, quæstionis examen, & decisio sedem habeat: illud satis ad

N pte

præfens fuerit asserta inæqualitate, argumentum hoc nostrum secundum pro 2. nostra concl. potius confirmari, quâ eueri, ut patet, sed negata inæqualitate in eo etiâ innocentie statu, ac proinde absolute, & vniuersum pro omnibus hominibus, & animis, in quocumque statu sint, potest tamē disparitas alia præter datam ab Ariaga, & à nobis reiectam, nec in statu innocentie Protoparentes complectentur, et in eis pro eo statu inæqualitas donorum pro indiuidua inæqualitate, negetur: connaturali enim prouidentia naturæ specificæ rerū amplius, quam indiuiduis, Deus attribuit, et si clare, & æque indiuidua, atque species scientia sua penetraret, & comprehendat. Patet in naturalibus, in quibus perpetuitas & incorruptio specierum corruptibilitatē Deo curat, scilicet indiuiduorum: & in supernaturalibus, speciem aliquā naturæ rationalis secundum se totā à gratia, salute, & vitæ æternæ decidere, atque genere perire, nullāq. permittit, ut supra cum communi Theologorum dicebamus: permittit autē eius indiuidua quamplurima cuiusvis speciei rationalis eo mortis genere mori. Ratio autem est, quod specie commodum maius, & amplius est, ad pluraque, respicitur, omnia scilicet indiuidua indiuidui autē commodū angustissimū atque in ipsam quasi carceratū, subindeq. non à Deo curandum, ac naturæ, & speciei commodum, quo simul indiuiduorum omnium, commodum prouidetur: ecce aliam disparitatem ad rem præsentem speciei ab indiuiduis naturis, quam inuentu impossibilem etiam iudicabat Ariaga, ubi proximè n. 2. §. *Quod uero additur*, citato.

4. Tercio probatur conclusio, ex communi etiam Patrum, & Theologorum sententia, asserentium: Demones lapsos ex omnibus Hierarchiis, & Choris Angelorum, fuisse: cum autem hierarchiæ pro priori naturæ ad Angelorum, vel transgressionem vel obedientiam constitutæ non essent, de aptitudine, & dispositione ipsorum, ex parte subiecti, ad hanc, vel illā potius hierarchiam, & chorū, quam ad alios plane loquuntur: ergo de maiore aptitudine, ac dispositione naturæ horū Angelorum ad hanc hierarchiā, & chorū, quam ad alium. Negabis consequentiā, quia maior aptitudo, & dispositio subiecti ex maiore, vel minore dignitate supernaturali per dona gratiæ, in quibus creati Angeli sūt, superiori hierarchiæ, & choro respectu, satis intelligitur, constituta, quin maior naturæ Angelorum aliquorū, quam aliorū sit necessaria. Sed effugium hoc preclusum est argum. 2. hæc tenet statuto, de proportionē magnitudinis donorum gratiæ Angelis collatorū cum maiore naturæ vniuscuiusque perfectione: contra secundo, quia dona gratiæ merē arbitraria nullōq. respectu habito, ad naturam à Deo Angelis concessā aequalia pluribus Angelis fuisse, ut huic gradui hierarchico præ aliis proportionentur subiectiue, nullo fundamēto dici à Patribus, potuit, vel supponi, cum id ex mera & libera Dei voluntate pendeat, de qua, nisi ex eius reuelatione, nil possumus scire, vel asserere, quin vane diuinemus, nulla autē est de eo reuelatio, sed solū esse hierarchias, & choros superiores, & inferiores asseritos: solū ergo potest firmo fundamēto aliquo ea equalitas dignitatis aliquorū Angelorū in donis supernaturalibus huic determinatio gradui hierarchico potius quā alteri proportionata ad eam communi Patrum, & Theologorum cōsensu asseri vel supponi, ex eo, quod naturæ Angelicæ perfectioni intrinsecè, & pluribus cōmuni proportionata concessa à Deo Angelis fuerint cū creabatur: ac proinde ex naturæ etiā perfectione maiore, & excellentia Angelos in statu viæ aptos, natos ad hūc potius gradū, quā ad aliū hierarchicū, & ex parte subiecti idoneo partialiter constituit: quo gradu Demones, à suo quisque lapsi dicuntur cum transgressionē suā gratiæ dona amittentes excellentiā supernaturalem, quā partialiter & cōpletuē apti ad suum gradū constituebantur, atque destinati erant, si obedirent, illo prout sua volūte priuati sunt: confirmatur, quia ordinaria prouidentia capacitati aptitudinē, imō, & naturā cuiusque conditioni, etiā indiuiduæ, nedum specificæ gratiæ suæ dona adaptare, & accommodare Deus consuevit. Confirmatur vltimus: quia si sola dignitas supernaturalis hanc dispositionē, & aptationē subiectiua Angelorum ad inferiores, vel superiores gradus constitueret, fieri sane connaturali prouidentia posset, ut inferioris speciei Angelus ad superiorem gradum, quā Angelus speciei superioris, aptior, dispositiorq. ex parte subiecti à Deo constitueretur: quod connaturalis prouidentia non patitur, nec fieri à Deo consuevit: in his præsertim gradibus, in quibus ministerium aliquod, indultrix eligendorum obediendum, exercendumq. est: ut in gradibus hierarchicis contingit, nisi forte (quod hic deficit) Deus se eorum operum, specialem authorē velit specialiter ostentare, ut in electio-

ne Apostolorum de qua Paul. *Infirma mundi elegi Deus, ut confunderet fortia*. Et c. Insuper apparet, et si non iusteque, relictæ occasio speciei superioris datur, quod, cum natura, & capacitatis suæ aptitudinem maiorem, alio modo supra suam minorem ad gradus hierarchicos disponeretur, aptarenturque. Denique iam subiicienda 4. & 5. concl. probationes rationis huius non imbelles propagationes sunt.

5. Probatur quarto conclusio, quia ea excellentia, quæ dat aliquibus Angelis superioritatem aliquam eiuse fundamētum respectu aliorum Angelorum, attenditur, atque æstimatur Deo debet ad gradum hierarchicum superiorem eis deest, dum, vel disponendum ad illum, magis accommodata, connaturaliori, & suauiori prouidentia ipsi in retam dispositionē consueta: atque perfectior natura dat aliquibus Angelis superioritatem aliquam eiuse fundamētum respectu aliorum Angelorum: ergo excellentia naturæ Angelorū attenditur æstimatur in connaturali prouidentia à Deo debet, ut ei gradus hierarchicus superior donec. Maior probata fere iam est: Etenim alias gratia, non perferret, sed iuuaret, naturam, eiuse ordinem protereret, ac destrueret. Minor (asertur): quia in Angelis malis, nulla supernaturalium donorum dignitas, & excellentia est, & tamen est in aliquibus eorum, aliqua superioritas vt supra ex Euangelio, vidimus, et in ea, à Deo in penam, an ex Demoniū consensu collata, ex quo formaliter completē & absolute sit relictæ examinandum cert. vlt. ergo ex superioritate & excellentia naturæ eorum respectu aliorum, qui imperfectioris naturæ sunt, ergo & Angelis bonis (eiuse quidem naturæ, cum Demoniis, naturæ perfectioris respectu Angelorū naturæ imperfectioris & eiuse, cum Demoniis, naturæ imperfectioris superioritatis aliquam, eiuse fundamētum dabit ac subinde connaturaliori Dei prouidentia attendi debet, attendenteq. facto fuit, ut ad superiorem gradum hierarchicum eligeretur. Quinta & vlt. concl. probatio est eiusemodi. Gradi inferiorum, & superiorum hierarchicorum dispositio, & ordinatio sumitur vltra ornatus supernaturalis dignitatem, ex dilectionis affectionem erga Deum excellentia ex qua ad diuersa ministeria cum erga Angelos alios, cum præsertim erga homines, coram salutem exercenda, præprios potentesque tantum ad eam, non actualiter, & exercitio ipso formaliter tantum ad eam actus, & transiens de se est, nec potēs habitus, & permanentes seipso constitutis, nisi principii aliquod permanentis de se supponat, quod ita in eiusemodi actus excellentissimos illos actus concipiat, & inde ministeria sui gradus exerceat. Patet, quia gradus illi hierarchici permanentes, natura sua sunt, ad eiusemodi actus, & ministeria erga Deum, Angelos alios, & homines exercenda, quare permanentes illorum principium nec solum actum aliquem, aut exercitium actuale, debent natura sua ex parte subiecti, sive Angelis ad gradum hierarchicum eligendi supponere.

6. Verum istud permanentis principii, nec auxilium efficitur est, cognitio sancta: tum, quia natura sua permanentis non est, sed cognitio sancta æque, atque actus reliqui transiens: tum, quia quā efficax principium actus non est, sed potius actus formaliter constituitur: tum denique, quia de se quilibet vis Angelis, cuiuscumque gradus, commune nec magis ad Angelos vnius gradus, quam alterius determinatum, sed indifferens merorq. Dei arbitrio determinatum, ac determinabile: sed nec potest esse habitus ex repetitis actibus, propriis, cuius gradui Angelico acquisitus: cum vis status angelici breuis valde fuerit (et si non duorum solum instantium, sed multorum durationis, ut à perisq. censetur) ut à Deo intensus habitus acquireretur: sed nec potest esse, habitus acquisitus similis, & per accidens à Deo in infusus Angelis cum creantur, ob rationes datas contra maiorem dignitatē supernaturalem his Angelis præ aliis naturæ dignitate, non attempta à Deo in creationis instanti concessam: ergo principium illud permanentis potētis, promptusq. ad eiusemodi actus in suo genere excellentissimos, & cuiusq. gradus hierarchici, proprios & Angelorum ipsorum natura, horum ad actus hos aliorum actus alios, ut diximus cert. 1. n. 9. cum ergo ad gradū quicquid Angelis designandum, maior eius, & expeditior promptio ad eiusemodi actus, horum ad actus hos aliorum actus cuiusvis hierarchici connaturaliori prouidentia attendenda à Deo debeat, atque cum ea in naturis ipsis Angelorum, non autem in habitibus, adquiretur, vel similis per accidens infusus, neque

neque in auxilio, sed in natura Angelorum consistat; inferitur necessario Angelorum naturam huic actui, & ministerio proprio huius gradus hierarchici, excellentissime exercendo promptiori de se, & quatenus ex parte sua est, inclinatio attendi à Deo connaturali providentia debere, ac similiter de aliorum Angelorum naturis ad alios actus, & ministeria gradus alterius hierarchici exercenda promptioribus, inclinationibus: quare naturarum etiam Angelicarum diversitatem, & excellentiam ad eiusmodi actus & ministeria exercenda vel superiora, & inferiora ex parte Angelis seu subiecti ad gradum inferiorem, vel superiorem hierarchicum à Deo eligendi, ad eius electionem materialiter concurrere, ut proposita conclusione secunda contendimus.

7. Dico tertio: naturam Angelicam excellentiam, non utrumque specialiter, ex parte subiecti, seu Angelis ad gradum suum eligendi materialiter ad eius electionem absolute concurrere sed immediate, & proxime, nec solum remote quatenus actus, excellentissimi proprii distinctivus, ac denominativus, illius chori, ac subinde ministeriorum in eo exercendorum principium, & causa actus, & exercite est, ut supra dicebamus. Hanc conclusionem probant quarta, & quinta probatio conclusionis, secundæ, quas dedimus n. 7. & 6. in eamque facilis venit Arriaga citato loco. n. 28. ubi ait: Angelum unum gratia, & donis alteri perfectioris naturæ qualem nullatenus, quod huic alteri gradu hierarchico postponatur, conqueri posset, quia eo coniuncto ex natura perfectiore, & donis gratia æqualibus excellentior, signiore absolute hic alter est qui ad superiorem gradum hierarchicum assumatur: in quo aperte, & vere supponitur, naturalem excellentiam, & perfectionem naturæ Angelicæ dignitatem, quæ ex parte subiecti à Deo, immediate, & proxime attenditur, ut ad superiorem gradum hierarchicum assumatur, qui eam habet maiorem, cum supernaturali gratia, & donorum dignitate, tanquam cum comparte, integrare, & constituere id quod probatione, 4. conclusionis, 2. specialiori discursu probavimus, n. 5. id ipsum probat, quinta nostra peculiaris probatio eiusdem secundæ conclusionis ab eius numeri medio, & n. 6. conclusa. Cum enim, promptior, expeditiorque, atque inclinatio potentia, permanent talis ad actus proprios, & munera specialia cuiusvis gradus hierarchici, præcipua, vel in præcipuis numeranda, dispositio seipsa sit, etsi nullum actum hierarchicum, efficeret, ut ad hunc gradum, præ alio, ad cuius actus, & ministeria ita prompta, expedita & inclinata potentia non sit Angelus eligatur ut in electionibus omnibus ad dignitates, quæ imbibunt officium, vel annexum habent, patet, in quibus non solum aliarum prærogatiivarum, sed præcipue aptitudinis maioris ad illud exercendum ratio habetur promptiorque, & expeditior, magisque inclinata, & propensa potentia Angelorum ad hunc actum, & ministerium proprium alicuius gradus hierarchici, nil aliud sit, quam Angelorum natura: hanc secundum se etiam, nec solum mediate, & remote, quatenus actum alicuius gradus hierarchici elicit, immediate, & proxime à Deo, ex parte subiecti ad Angelos huic gradui hierarchico, potius quam alteri, destinandos & eligendos attendi certum esse debet: quare & Angelorum naturam perfectiorem de se, ad actus excellentiores superioribus gradibus hierarchicis proprios, aptiorem, promptiorem, ac propensiores, ad eorum in superiores gradus hierarchicos assumptionem materialiter ex parte subiecti immediate, & proxime concurrere: ut tertia hæc conclusio contendit, quam Theologorum pro secunda citatorum esse censet, etsi non adeo expresse, & in terminis ut aiunt, eam docuerint.

CERTAMEN IV.

Conclusio quarta, & specierum Angelorum numerus.

1. Dico quarto excellentia naturæ Angelicæ, quæ ad Angelorum in gradus hierarchicos diversos inferiores, & superiores ab infimo ad supremum assumptionem attenditur à Deo, & materialiter ex parte subiecti specialiter, & proxime concurrere naturæ specificæ est non individualis. Hæc etiam conclusione secunda, ubi diximus excellentiam naturæ communis Angelis ad quemvis gradum electis materialiter, ex parte subiecti specialiter concurrere, contrahitur, atque ab omnibus eius Patronis traditur, expressionem vero hanc conclusionem de eo ponimus: cum quia Arriaga minus firmiter, quam præcedentes, probari putat citata lect. 4. subsect. 1. & si ob rationes à nobis dissectas, n. 3. cum etiam, quia alias speciales difficultates ex quarta peculiari nostra probatione, data pro conclusione secunda pati poterat, nec, nisi ex ratione quartæ huius conclusionis diluenda, Probatur ergo conclusio: quia ea dignitas naturæ, & essentia Angelorum unius gradus hierarchici communis est omnibus individuis Angelis eius gradus, & subinde de eis prædicabilis inquit: ergo est dignitas naturæ specificæ, ut minimum, communis. Patet consequentia à definitione speciei ad definitum. Secundo, ex eodem antecedente pro maiore posito, arguo hac minore sumpta, sed implicat individuum aliquam dignitatem naturæ singularem qua individua, & singularis est, aliis individuis naturis Angelorum esse communem; ergo implicat dignitatem illam naturæ Angelorum eiusdem gradus hierarchici, cunctique illius gradus communem, esse dignitatem individua alicuius naturæ, vel omnes individuas dignitates naturarum individualium eorum coniunctim sumptas. Minor evidens, est in bona Metaphysica, & Logica. Siquidem prædicatum, seu differentia individua essentia sua tota infestilis, adhuc metaphysice, & individualiter propria, & singularis huius individui est, quia aliqua sui parte metaphysica, cum prædicato seu differentia individuali alterius conveniat, unde, & prima consequentia pars demonstrata manet, secunda vero illationis pars probatur. Quia coniunctum, singularitatem, siue unitatum numerum quidem, seu aggregatum potest constituere, nusquam autem physice, vel metaphysice unum vel commune, ideo enim aggregatum, ex pluribus, qua talibus, quantitatem discretam solummodo dicitur constituere. Confirmantur duo hæc argumenta, ex aliis metaphysicis principiis (nobis quidem evidentibus, nescio an aliis) ex quibus in controversiis metaphysicæ, & animæ deduximus nullum individuum speciei alicuius, nullamque animam posse esse individualiter æqualem in natura, & essentia individua. Ratio desumitur ex doctrina Aristotelis, de essentiis, & naturis communibus: quod scilicet hæc sicut numeri sunt, quibus essentia sua repugnat, æqualitas, ac proinde, & repugnat speciebus: unde inferitur individuis etiā repugnare.

2. Ratio enim in speciebus probans, æque etiam probat in naturis individualibus eam est. Quia æqualitas in essentialibus prædicatis est essentialis convenientia in illis, sed essentialis convenientia repugnat essentiali disconvenientiæ, & diversitati, quam species diversarum æqualiter etiam important ergo specierum diversarum æqualitas repugnat: quod æque probat contra æqualitatem essentialem individualiter duarum naturarum individualium ex qua individualis, earum convenientia ipsarum diversitati individua repugnat, æquo robore, & (metaphysice) evidentiæ inferitur. Atque hinc valide statum manet antecedens illud primum: quod utriusque nostri argumento inferuit, scilicet excellentiam, & dignitatem naturæ debere esse communem, siue naturæ communis omnibus Angelis, cuiusvis gradus hierarchici. Debet enim esse, in omnibus

N 2 nibus

nibus equalis: esse autem aequalem, quoad individuas eorum naturas repugnat, ut vidimus cum essentiali eorum individua diversitate. Deus aequalitatem hanc dignitatis, & excellentiae in natura Angelorum omnium gradus cuiusque Hierarchici, non debere esse formalem, & metaphysicam argumentis factis, rejectam, sed aequivalentem, & moralem: quam nusquam reuelant: quemadmodum, etsi in natura individua duo homines aequae dignitatis naturalis formaliter, & metaphysice esse prorsus nequeant, ac saepe, ne in dotibus quidem, & perfectionibus accidentariis, siue naturalibus, siue acquisitis aequae dignitatis, & perfectionis physicae requisitae directe ad aliquam dignitatem-munus, aut ministerium; tamen ex coniunctis, aliis, qui minor in illis est, aequivalenter, & moraliter, seu prudenter nostro iudicio censetur obtineri, qui in illis excedit, aequalis ut ad illam dignitatem munus, aut ministerium eligatur. Ceterum id nostro casu non habet locum. Primo: quia nos gaudentibus solum coniecturis ducimur: quia cum naturalium, tum acquisitarum perfectionum in se ipsis inspectarum notitiam, & scientiam habere non possumus: ac proinde, ut de eis omnibus prudenti discursu, & coniectura aequalitatem, vel inaequalitatem aptitudinis hominum, & dignitatis ad hunc gradum, vel ministerium iudicamus: quod secus in Dei iudicio, qui omnia intuetur nec duci coniecturis, ad iudicandum potest, dici necessario debet. Secundo: cum, quicquid dignitatis, & excellentiae, in Angelis ad gradus Hierarchicos est, naturae ipsorum intrinseca sit, & ex supernaturalibus Dei donis, à se solo datis, vel eorum actibus propriis Hierarchiae vniuersalisque constata: ac Dei dona iuxta naturae perfectionem fuerint cuique largita, ut haecenus ostendimus: insuper nil aliud in Angelis fuit, vnde naturalis defectus posset in morali aestimatione suppleri, & compensari, ut aequalitatem moralem dignitatis, minus perfectius individuali sua natura cum Angelis individuis perfectionibus assequi posset: moraliter etiam inaequalis Angelo individuis perfectiori manebit.

3. Oppones: Tota differentia naturarum angelicarum per nos, est penes exigentiam naturae vnius, non exactiorem sed decentiorem, & convenientiorem donorum supernaturalium intentionum, non autem speciei diversae ab aliis remissioribus, quae naturae aliorum imperfectiorum Angelorum donantur: vnde in illis refertur dignitas maior supernaturalis: insuper maior naturalis dignitas specialiter ad hunc gradum Hierarchicum potius quam ad alium conducent, stat per nos in maiore promptitudine, expeditione, ac propensione naturae ad actus frequentiores, ac intentiones: aptitudines autem, & potentiae ad maiorem, intentionem accidentium, & operationum, quam sunt aliae, ad accidentia, & actus, siue operationes speciei eiusdem in gradu, tamen remissioris, ex eo praecise differre ab his specie non arguuntur: maxime cum ad eam accidentium, & actuum intentionem vnaquaque aptitudo, & potentia absolute est, solumque differunt, quod connaturalius, breuiusque, & facilius eam actuum intentionem altera concipiat, quam alia, ut in Angelis omnibus euenit: etenim actus omnes tam intellectus, quam affectus voluntatis, secundum omnem intentionem, & feruorem ad quemvis gradum Hierarchicum requisitos, ut eius proprii actus sint concipi absolute, à quovis Angelo posse certum prorsus est: eoque solum vnius natura, & potentia, ad eos actus eliciendos differt, quod altera propensior faciliusque de se fit, ad eam actuum intentionem, & feruorem concipiendum, ut diximus: atque item donorum supernaturalium in tota intentione, vtrique absolute est capax. Confirmatur: quia feminae natura sua ut plurimum aptiores, promptioresque hominibus, ad actus misericordiae, pietatis, & deuotionis, feruentiores, & intensiores sunt, quam viri, à quibus tamen non specificae, sed individualiter, solummodo distinguuntur: idcirco deuoti cognomen apud Ecclesiam totam hic sexus obtinuit, ut quotidiana illius Antiphonae verba declarant: *In-*

tercede pro deuoto femineo sexu. Nec satis respondeas: non ita generale feminis esse, ut ex eis plurimae immittit, impii, indeuote, ac dire non sint, ut experimur: ac proinde, eam promptitudinem, & propensionem ad pietatem, misericordiam, non ex naturali, & stata natura eius sexus legem, omnibus communis prouenire, sed quasi ex casu naturae communi adiunctis individuationis: Etenim multo plures Angeli ex Hierarchia quavis, choro, & gradu, quovis Hierarchico lapsi (ex omnibus quippe lapsos esse supponimus, ac suis actibus Hierarchicis sui gradus propriis defecerunt, atque vehementer, & intense in actus aduersos abierunt: Ergo non naturae, communis Angelis, ad eum gradum Hierarchicum ad illam aptiores, sed ex individuationibus cum illa identice (metaphysice loquendo) quasi casu coniunctis ea maior aptitudo, promptitudo, & expeditio naturalis ad eos actus bonis Angelis obuenit. Ne vero quis his argumentis pressus ad ministeria propria graduum, Hierarchicorum recurrat, ut pro eis species Angelorum diuersas, nihilominus tueretur, aduertat: Multitudo etiam omnium graduum Hierarchicorum omnia, cuiusque speciei sint, à quovis Angelo exerceri absolute perfectissime intra speciem suam posse, solumque esse differentiam penes promptitudinem, expeditionem, & propensionem vnius naturae, quam alterius ad perfectius, eadem specie multitudo obunda, ut de actibus intellectus, & voluntatis Angelice diximus.

4. Strinxi difficultatem quam potui acutissime, in vulgari opinione, quae in entibus rebus transcendentaliter respectibus, non nisi in ordine ad terminos specie diuersos specificam diuersitatem admittunt, ut autem ea de difficultate liberetur, qui nostram conclusionem videntur, variè terminos specie diuersos naturae, & potentiae Angelorum, ad vnum gradum Hierarchicum spectantium, à terminis naturae Angelorum gradus alterius venant, & designant. Communis, cum Statu proxime, naturae Angelicae specie perfectiori vniuersaliores, naturae impressae, aut expresse cognitiones, quae in se, simplices cum sint, plura obiecta, vel vniuersaliter, & actiue, vel formaliter, & expresse representent, quae tamen inferioris naturae Angelis non, nisi diuersis, speciebus, vel cognitionibus alterius modo representari debeant, eas vero species, cum impressas vniuersaliores tam expresse, ac minus vniuersalibus specie differre extra dubium est. Postremo hoc, etsi verum, ac mihi certum, ego in sua vulgari sententia de necessitate diuersitatis specificae terminorum, ad specificam diuersitatem eorum transcendentaliter relatorum (cuiusmodi species vtrique ad sua obiecta est) poterunt ita respondentes defendere: cum, siue plurius, siue pauciorum obiectorum species istae vniuersales gradus Hierarchici sint debita, obiecta tamen intra eandem ordinem, & speciem sunt, à qua, nec pluralitate, nec unitate sua retrahuntur, vel abeunt. Attenta citatis sectione quarta, subsecutione prima, numero vigesimono, paragrapho. *Favet ergo liber Angelus*, duas alias rationes assignat. Prima: quod Angeli gradus Hierarchici, & naturae superioris habeant vitales potentias, realiter identificatas, inferiores vero gradus, & naturae non habeant identificatas, sed realiter distinctas: in primis vitales realiter, sed realiter distinctas: in primis enim a se nulla apparet repugnantia, & hoc potius certum mihi est: non solum ex fundamentum negatio, quod repugnantia, non apparet, sed positio, quod distingui, ab Angelo realiter eius vitales potentias repugnet, ut controuersia de anima, d. de potentia, eius non admodum segre ostendebamus. Iude vero constat, discernen hoc naturae superioris, & inferioris, non omnium Angelorum naturis potentiae eorum identificati. Secundum: certa haec ratio est, cum solum possit duos gradus Hierarchicos, qui plures certe sunt, distinguere

secundum eiusdem Authoris ratio est. Angelum, qui species seipso sit possibile multorum, non repugnare. Et fortassis non magis, minus repugnat, quam substantiam, accidentemque realiter identificari de quo tamen superfluum plura. Hæc autem, & difficilia æqualia à nostra conclusionis patris excogitantur & terminos specie duos naturis, Angelorum pro gradu hierarchico unoquoque diversis specie designant, ut ad specificam distinctionem transcendunt aliter relatorum necessarium putant.

5. Sed à Philosopho Discipulo, falsum id prorsus reputari semper etenim Petri cognitiones singularis huius obiecti à Pauli cognitionibus de obiecto eodem specie differre, certum mihi est: cum illæ plures individualiter sint, & in eo convenienti vniocce, quod sint essentialiter cognitiones Petri, non autem Pauli: ut sunt essentialiter, & vniocce Pauli de obiecto eodem indiuidue plures ipsius cognitiones. Idemque est de vniocibus animæ, & materiæ solius indiuidualiter diversæ, quo solum principio vniocce præfaturam oppositionum, & confirmationum machina à fundamento subruit. Sed, & pleraque in eis contenta principium hoc nostrum confirmant. Siquidem & sola diversitate intentionis optimarum qualitatum, quas formæ corporum specie, & genere diversæ pro sui dispositione requirunt ut in summo, vel prope summam proportionate, ad sui, & compositi conseruationem tueantur, eiusque immutationes instantaneæ, & amissam intentionem recuperant, atque ab alio sola diversitate intentionis, vel remissionis huius, vel illius qualitatibus primæ differt, quin diversitas specifica vnius ab alio interueniat; recte igitur naturæ vnius Angelicæ ab alia specifica diversitas extrinseca exigentia debeat (& si non ex actiua) dignitatis maioris supernaturalis, eisdem specie donis interioribus constantis, & specie differre, & specie perfectior superiorque esse poterit quam illa, que naturæ suæ minori dignitati supernaturali ex eisdem specie donis minus intensis constant proportionatur. Quod autem de maiori promptitudine expeditionis, & propensione naturæ huius Angelicæ ad actum propriorum sui gradus intentionem & feruorem concipiendum ad specificam naturarum Angelicarum gradum diversorum satis non esse, exemplo femininarum ad deuotionem pietatem, & misericordiam promptiorum, ac propensiorum, quam hominum, à quibus solum indiuidualiter differunt, respondeatur adhuc sub iudice situm esse, an specie saltem infima hic sexus differat à virili. Secundo à feminis ad Angelos paritas non tenet illis enim, non ex substantiali, essentiali natura, sed ex complexione earum corporea, maior aptitudo expeditio, & propensio ad eorum effectum feruorem concipiendum provenit. Quod si ex intrinseca natura animarum, quibus feminæ constare naturaliter debeant, eas ad intentiones, ac feruores afficiat illos appetitudo, & propensio maior provenit, ut ex natura Angelicæ ad actus proprios sui gradus provenit, earum sexum à virili differre specie infima non dubitem. Denique: quod ad totam actum cuiusvis gradus hierarchici intentionem, & feruorem, quibus Angelus natura sua possit Dei gratia adiutus, solaque differentia penes maiorem celeritatem, & facilitatem concipiendi eam intentionem, & feruorem actum sit, quæ ad distinctionem specificam naturarum satis non videtur. Respondeo: satis, superque non videri solum sed esse eodem modo æquæ & essentialis pluribus naturis indiuiduis sit, quia pluribus indiuiduis erit eadem vniocce, & essentialiter communis: quam æquæ, & essentialiter pluribus, indiuiduationibus solum adesse repugnat. Quod ad id verum est, ut maior naturæ promptitudo deliberandi, circa obiectum remque propositam, generis etiam differentiam à natura de se ad deliberandum tardiore possit inferre. Imo summa deliberandi promptitudo instantaneæ, siue instanti eodem, quo obiectum proponitur adeo superiorem, & perfectiorem naturam arguit, ut ne supremo genere cum reliquis, non nisi cum tempore de se & natura sua deliberaturis, conveniat, ac diuinam probet, ut d. proxima videbimus.

6. Iam vero inde facile constat Angelorum species viginti septem numero, ut minimam esse, nec solum iuxta Chorum numerum nouenario (qui Ioanni proposito supra, & communis Theologorum nimis curus, nec

Patribus consensans videtur) contineri. Ratio ex dictis est in promptu: quia species Angelorum pro gradum, hierarchicorum numero multiplicatur, sed gradus hierarchici diversi sunt viginti septem: ergo sunt Angelorum species. Minor constat, quia, ex Dionysio supra, intra quemvis ex nouem Choris tres gradus Angelorum, hierarchici etiam, sunt videlicet supremus, medius, & infimus: non enim autem terducta viginti & septem efficiunt, id satis indicat (ut non expresserit Dionysius, c. 5. asserens Angelos superiores pro gradum celsitudine differre, scilicet se ipsos, & naturæ suæ cum non dicat gratia, & domi supernaturalibus, sed dicit nade, quare, & secundum se sumptis absolute loquatur. Clarius adhuc, & expressius id asserit Nazianz. orat. 34. 2. de Theolog. etiam autem, orat. 40. asserat se non posse, quæstionem denumero specierum Angelicarum definire, non quoad positum numeri à se pro gradibus diversis asserit, sed quoad eius numeri negatiuum, quo plures species Angelorum negat, intelligendus est ne sibi, ac suæ rationi propria contradicat. Damascenus, 1. de fide, cap. 3. qui, & si de specifica Angelorum diversitate dubius furere videatur, non tamen de ea, sed de ratione differentiali specifica assignanda, & explicanda dubius hæret: sicut etiam Augustinus, ut ex eorum testibus, accuratius inspectis ostendimus, quæst. 4. cert. 2. num. 1. An vero ultra 27. species Angelorum, ex totidem hierarchicis gradibus probatas, sint de facto plures, certum prorsus nobis est, ut de se Nazianz citata orat. 40. fatebatur. Solum Chrysostomus homil. 2. de incomprehensibili Dei natura Angelos innumerabilia genera id est species, appellat. Et Theologi multi innumerabiles etiam esse censent: eo quod in sublimari etiam, & corruptibili mundo, innumeras Deus species posuerit, quare & potiori iure in amplissimo orbe, & nobilissimo celesti plures adhuc posuisse censendus sit. Sed hæc ratio parum viget: est quippe congruentia, cui si oppositum fuerit alia, ac fors maior Deo non deesset. Chrysostomus ibi de facilitate summa, qua Deus tot Angelorum millia innumerabilia, creauit, negamus ibi logicæ strictæ, & scholasticæ acceptione usurpauit, sed ut eius instituto satis erat, quatenus vulgari acceptione significat diversitatem.

7. Denique: an Angeli Hierarchiæ vnius genere subalterno, nec solum specie infima ab aliis ceterarum Hierarchiarum differant à recentioribus disputatur, cum Soario, qui affirmatiue iure respondet, siquidem cuiusvis Hierarchiæ Chori, constare Angelis debet, ut vidimus in aliquo convenientibus vniocce cum Angelis reliquorum Chorum Hierarchiæ eiusdem, ac rursus disconuenientibus ab eisdem in aliquo proprio Angelis, cuiusque Chori ab Angelis duplicis alterius Chori eiusdem Hierarchiæ. Ac proinde genere proximo, ut minimum à cunctis Angelis Hierarchiæ alterius differre debent. Voco autem genus proximum diuisionem Angelorum in species infimas suas, quod infimum merito diceatur, quia sub illo nullum aliud genus est; sed solum species Angelorum infimæ. Dixi autem, hoc, ut minimum, genere infimo Angelos vnius Hierarchiæ ab aliorum Angelis differre; ultimo enim non proximo hoc, & infimo genere, sed remotiori, & superiori alio metaphysice distinguendum quod ex dictis facile probatur, & enim Angeli cuiusvis Hierarchiæ ut diximus in natura communi vniocce Angelis omnibus triplicis Chori in ea inclusi, conueniunt, & ab Angelis omnibus reliquarum Hierarchiarum differunt: rursus intra Chorum quous tres alij gradus Hierarchiæ sunt, supremus, medius, & infimus, quorum Angeli in prædicato, & natura, communi, & necessaria, ut intra illum Chorum quous ex tribus hiis gradibus admittatur, vniocce cum aliis ad duos alios gradus Chori eiusdem spectantibus conueniant; adhuc tamen ab eis specie infima pro eorum gradum diversitate differunt: ergo infimum genus, sub quo non genera alias, sed species infimæ solum modo sint, est natura Angelica communis vniocce Angelis cuiusque Chori Hierarchiæ huius, quod rursus per naturas specificas infimas Angelorum ad gradum vniocquemque Hierarchicam ex tribus, quibus Chorus ille constat, proxime diuiditur, ergo Angelorum natura communis vniocce ac necessaria, ut ad vnam ex tribus Hierarchiis, in quous eius Choro admittatur, natura generica, seu genus superius, & remotius est diuisioni eorum in species suas infimas: ac proinde genera alia, infima, &

huic diuisioni proxima, & immediata sub se coheret. Genus ergo primum naturæ Angelicæ in tria genera subalterna naturarum pro tribus Hierarchiis immediate diuiditur, & harum quævis in angustiora alia tria genera naturarum, pro suis Choris tribus, quæ infima sunt, & in naturas specificas infimas graduum cuiusque supremi mediæ, & infimi immediate diuiduntur. Porro in ordine ad quos actus, & munera hæc generum diuisio in Angelis sit multum, à Soario, Ariaga, & aliis in casum laboratur, ut vidimus num. 4. Nos autem, num. 5. viam assignandis tutiorem, latioreque penas, modos agendi & exercendi actus, & ministeria Hierarchica aperuimus, qui clariora adhuc desideret eundem suum Angelum roget, & oret, ut ea sibi ostenderi dignetur.

CERTAMEN V.

Dubia reliqua expediuntur.

PRIMUM est, de tempore, & duritate Hierarchiarum à principio ad finem inclusuæ. Et initium quidem in primo creationis instanti fuisse, si naturæ Angelorum diuinæ, & inæquales, ex quibus dona gratiæ, & merita proportionato excelsu donantur ad electionem Angelorum, in gradus suos Hierarchicos requirantur, saltem inchoatue, & in actu primo, etsi non quoad exercitum actuum, & ministeriorum, cuiusque Hierarchie consequenter asserendum censent Ariaga cit. sect. 4. subsect. 2. n. 32. §. Hinc potest dici, Immo quoad exercitum etiam illuminandi alios Angelos tunc etiam cepisse probabiliter in ea sententia dici posse, si quidem, ut Lucifero, & ascelis inferioribus resisterent connaturali modo per superiores Deus illuminauit. Ceterum ego, qui in æqualitatem naturarum Angelicarum necessariam ad Angelorum in suos gradus Hierarchicos electionem reputavi, & habita maioris minorisque perfectionis intrinsecæ ipsarum ratione dona supernaturalis gratiæ (auxiliis exceptis) maiora, vel minora à Deo concessa, nihilominus nullam pro instanti creationis, neque partialem, & inchoatam electionem Angelorum ad gradus suos hierarchicos, neque in actu primo inde inferri censo; immo factam nego. Primo: quia, etsi ea omnia Angelis creatis omnibus, ac proportionem ad cuiusque naturam perfectionem, vel imperfectiorem, graduique Hierarchico, superiori, vel inferiori conformiorem data à Deo sint; attamen nulla facta est electio hierarchica Angelorum, maiorum, qui æque perfectæ naturæ, ac subinde æque ornati donis supernaturalibus creati sunt, atque boni Angelis, ad quorum gradus omnes Hierarchicos accommoda distributione alij ad superiores, alij ad inferiores pertinerent, si non peccassent; ergo, neque in bonis, qui fuerunt, inchoata: & in actu primo electio Hierarchica facta in eo instanti fuit. Secundo: ea electio Angelorum in gradus Hierarchicos, & ad officia, & obsequia erga Deum ab Angelis tanquam à ministris perpetuæ suæ celestis aule, ac perpetuis familiaribus amicis, & amantissime perpetuo exhibenda fuit: ergo ultra naturam, & gratiæ dona reliqua expectandus fuit status fixæ, firmæque in perpetuum amicitia, & gratiæ Dei in Angelis etiam ad gradus, & ministeria Hierarchica in actu primo erga Deum ipsis designanda, ut cordate eligerentur, ac sine contingentia vlla frustrancæ electionis: ille autem status Patris & beatitudinis est, non autem viæ & contingentia absolute peccandi & amittendi amicitiam, & dona reliqua supernaturalia Dei, & eius status primum viæ instantis creationis cunctis Angelis fuit: ergo, in instanti creationis Angelorum Hierarchica electio, ad ministeria, in actu primo adhuc non fuit.

2. Simile argumentum fit ex alio ministerio illuminandi Angelos inferiores dirigendi, & custodiendi homines: ut omni contingentia deceptioni, & perditionis inferiores Angeli, viatoris designati tolleretur, & pater. Tunc enim, & inferiores Angelos deciperent, tanquam, ex Dei reuelatione, præscriptoque ipsos ex suo munere delegantes praua dogmata docerent, & sceleratissima quæque sua-

derent, fortisque ex sui gradus, & muneris inferioribus noti, prerogatiua, & auctoritate, quam Angelis inferioribus, quos prauis suggestionibus, sine ea prerogatiua, & auctoritate, secum in tartarus traxerunt, & solo alia, & suggestionibus, homines quotidie in infernum detrahant: quibus etsi Angelos eorum esse vltius succedant, Dices electionem inchoatam in actu primo pro illo primo instanti, & viæ his absurdus, & incommodus obnoxiam non esse. Sed explicam mihi quidam sit aut præter Angelis viatoribus hæc inchoata electio? aut cum absoluta electio statum patriæ expectare debeat, qua necessitate aut fructu, hæc inchoata electio in viā anticipetur? quod enim pars motui ex parte subiecti, & materię requisiti in Angelis ad ipsorum in Hierarchicos suos gradus electionem eis adsit in viā potius euincit electionem, tunc minime futuram adhuc partialiter; nulla enim pars causæ requisita, ad effectum, siue influxu phisicæ, siue intentionali efficientem, inchoatue causæ illum ferat illius partem ponit in rebus. Dices: ut supra Ariaga Angelos superiores ac per ipsos Deum illuminare inferiores Angelos, ut Lucifero, & ascelis male suis resisterent ita enim connaturaliori modo illuminarentur: vero illuminatio inferiorum actus gradus Hierarchici superioris proprius est: ergo supponit in Angelis superioribus illuminantibus, eum gradum, siue eos in illo gradu in actu primo constitutos, ut omnes actus, secundum suum actum primum, Responderetur illuminationem inferiorum Angelorum per superiores, ex officio, & munere proprio, habituali, & permanenter, esse actum secundum proprium gradum Hierarchici superioris; transiret, & ex Dei decreto speciali posse actum Angelis inferioribus, etiam ex gradu hierarchico inferiore: nec solum inferiori ad quem ex munere, & ministerio proprio alia pertinet, ut patet in Angelo, per quem Deus aliam Angelum etiam superioris naturæ illuminat. Quædammodum diximus de Cherubinis, & Seraphinis propria quondam ministeria inferioris gradus, & Hierarchie ex Dei voluntate exercuisse, quin gradu cederent, atque ad inferiorem descenderent, cuius propria ea ministeria erant. Quod nam superiores natura Angeli inferiores, contra Lucifero, & ascelarum suggestiones connaturalius illuminant, ex gradu, & coordinatione hierarchica, quæ tunc non erat, falsum est: ex natura aliqua, seu superioritate rerum quia quos intelligentia inferiores, et non superiores nolent Angeli alij, non inactiile succedent.

3. Quandiu autem Hierarchicus hic ordo Angelorum duraturus sit, an cum mundo corpore, & iudicii postremi die finiendus: an æternum permansurus dubitatur: finiendus asseri à Paulo videtur. 1. Corinth. 15. Docere Christum euacuaturum omnem principatum, & potestatem, & virtutem, cum tradiderit regnum Dei, & Patri. Molin. q. 108. cit. d. vn. §. penult. cum sancto Thom. ibi. a. 7. Ariaga citat. subsect. 2. num. 32. §. Sextam dubium, & scholasticæ reliqui cessaturum quoad actualia ministeria, erga homines, quæ ex inde necessaria non erunt, cum ex tunc tentationes, & malitia hominum recedat, qui, vel casus hominum incertitudo, & periculum cesset, quibus, etsi post illum diem Limbi infantes purgatum innotatum amenitatis, delictique naturalibus plenum mundum habituri sint (probabiliter à pluribus indicatur) obnoxij non erunt; sed pacatissima Republica perpetuo fruatur. Similiter cessaturum, quoad illuminationis ministerium, quæ deinceps nulla sentio erit, ceterum, quoad prælationem cum indignitate naturæ, gratiæ, & meritorum, tum pramij, & gloriæ cum gradu superiorum, & inferiorum ordinem æternæ in Angelis, permansurum. Sed communis hæc doctrina absque explicatione maiore, non placet: siquidem solum admittit dignitatem ex naturali, & supernaturali constitam, quæ ex parte subiecti, & materialiter ad electionem in gradus suos Hierarchicos Angelorum concurrat: non autem gradus ipsos hierarchicos Dei electione formaliter vltimo constitutos, perpetuo permansuros, sed hanc Dei electionem pro limitata duratione, usque ad iudicii postremi minimi diem fuisse. Censeo ergo gradus ipsos hierarchicos ministeriales, nec solum, quo ad dignitatem ob quam electi à Deo Angeli sunt, & quoad gloriæ superioris, & inferioris, quam quisque pro gratia iustificationis in qua

in qua via statum tenet aeternitatis nec postremi iudicii die finiendo. Ratio est, quia adus ministeriales, erga Deum, cuiusque gradus hierarchici supra à nobis memorati aeternitatis ab eius gradus Angelis exercebuntur, ex proprio eius gradus officio, & ministerio. Secundo: quia eiusdem facultatis, & appetitus est desiderium, siue physices, siue affectus, effectum faciendorum & gaudium de factis. Gaudium autem Angelorum de illuminationibus aliis Angelis inferioribus, & de factis erga hominum, viatorum custodia ac gloria per illas ab utrisque adeptas aeternitatis, ex proprio cuiusque munere, & gradu erit. Tercio demum: quia potestas quavis, alicuius effectiva physica, etiam pro duratione, qua illud efficere absolute nequit, dummodo pro aliqua absolute possit, aut poreris, absolute perseverare: est quippe, ut bene Caietanus potestas faciendi non semper, & ubique, sed quando oportet, & ubi oportet: quod in potestate politica & civilis clarius apparet.

4. Dubitatur secundo: an homines beati in gradus hosce Hierarchicos pro meritorum, & iustitiæ finalis maioris, in qua decedunt, & gloria retributa dignitate admittuntur? Molina, ex sancto Thoma. a. 8. affirmativè respondet, etiam an ad valde superiores gradus, & Hierarchias assumendi aliquot homines sint? non definit: quia, an gratia meritis, & gloria futuri sit, graduum superiorum Angelis æquales, videtur incertum, etiam inferiorum Hierarchiarum, & graduum Angelis aequæ gratiæ, & gloriæ homines aliquos beatos fore supponat, ac subinde illorum gradibus Hierarchicis inferendos: imo infantes, qui gratia solum baptismali, vel remedij macula originali in naturalis, vel scripta lege decesserunt, & adultos, qui poenitentes obierunt cum aqua plus, minuscve parum gratiæ infusam Angelorum chorum indicat ingressuros. Ego vero in re hac iudico, neminem hominum, ad vllum gradum propriæ Hierarchiæ ac hæcenus explicatis esse assumendum. Huic conclusioni consentit re ipsa Ariaga citatus, num. 24. §. 1. *Primo dubitari potest*. Tum quia natura Angelicæ essentialis dignitas, ex parte subiecti, & materialitatis ad electionem, & assumptionem cuiusvis, in quocumque Hierarchicum gradum, & specialiter proximè concurrit non solum, quia dignitatem constituit, sed quia potentia, aprior, promptior, atque propensior est ad actus proprios gradus Hierarchici cuiusque: ad hanc vero essentialē dignitatem, & potentiam Angelorum hominis nullius natura potest peringere: esto habeat supernaturalis ordinis ex gratia, donique Dei dignitatem altiore tum etiam quia ad ministeria Angelorum gradus alicuius Hierarchici, ex munere, & officio habituali exercenda assumendi homines non sunt, tamen si quandoque eis, vel eorum animis beatis ex Dei decreto committere eorum exercitum possit, & de facto sit aliquorum animis commissum, & fors deinceps committendum. Alioquin iam in ministerio Hierarchico Angelorum animas beatas, ex munere, & officio aequæ, atque ipsis proprio esse constitutas, eoque exerceat admittendum est, aliasque ab aliis subinde illuminare, & hominum curam, & custodiam habitualiter, atque ex officio exercere; quod, & frustraneum erit, & absque fundamento vilo dicitur. Illud igitur certum est alio Hierarchico ordine pro gratiæ, & iustitiæ, siue gratis à Deo infusæ, siue meritis, Deo auxiliante, parte magnitudine posse homines ad gradus omnes etiam supremam Angelorum, & ultra etiam concedere; eoque sensu, & ordine Hierarchico, & Christi Domini humanitas in primis, atque eius Mater Dei-para Virgo Maria, super Choros Angelorum ad celestia regna assumpta, & exaltata dogmatice ab Ecclesia dicitur.

5. Denique, ut quidquid de propriè acceptis Angelorum Hierarchiis (de quibus hæcenus) dubitare Theologie potest, absolatur, duo brevissime definienda restant. Primum: an in quavis Hierarchia, & choro, & gradu Princeps aliquis Angelus sit à Deo constitutus? In quo affirmativè respondeo. Ita enim melius ordinata Hierarchia erit, eiusque chori, ut in choris castrorum, & militaribus exercituum nostrorum (quorum ad instar Angelorum ordinata Respublica celestis ab Scriptura, Patribus, & Ecclesia nobis proponitur, & explicatur, eum militia, & exercitus celestis dicitur) videmus: in quibus supremus aliquis militiae Magister, & generalis

Dux perficitur, deinde minoribus, exercitus, partibus plures tamen cohortes continentibus, coronati: cohortibus singulis Duces particulares, qui suis quique gradibus præstant, ac reliquis subditis militibus robore, & arte militari præstant. Ita ergo, & in Angelico exercitu oportuit fieri, ut qui aliis cunctis sui gradus hierarchici, cum quibus specie conveniebat, individua natura perfectior est præcederet, eis omnibus præficeretur. Quis autem pro quovis gradu Hierarchico sic solus Deus novit. Omnibus autem ex Hierarchiis, choris, & gradibus cunctis, ut generalem Ducem, magistrum supremum celestis exercitus, & totius Angelicæ militiae Principem à Deo constitutum iudico esse Michaelem ex supremo choro hierarchiæ primæ Angelam, (ut supra ostendimus) præstantissimum: siquidem ex variis scripturæ locis deducitur, & ab Ecclesia in animæ moribundi recommendatione expressè is fuisse asseritur, qui celestis militia meruit Principatum. An vero in via statum natura individua, & donis aliquot privatis gratiæ Luciferi ipsi præficeretur, ac subinde principatum hunc militiæ celestis obtineret, ni à gratia in peccatum laberetur? atque in eius defectum Michaelem individua natura, & privatis Dei donis ipsi perfectione præ reliquis proximam, ad eam principatum electum à Deo fuisse negandum prolixè est ob rationes, quibus supra Michaelem individua natura probavimus Luciferi præstantiorem.

6. Postremum dubium est: an Angeli omnes vnius gradus aequæ intense responderint, vocationi divinæ, ac subinde fuerint aequæ promeriti; minus tamen perfecti, intense, & meritorie Angelis graduum superiorum pertinebat hoc directus ad disputationem sequentem de statu viæ Angelorum; sed hic à recentioribus, quia sub gradum Hierarchicorum vocibus proponitur quæstio disputatur, atque adeo huc etiam, non importune, aduocari eius examen potest. Soarius supra, & recentiores alij affirmant: quia non solum gratiæ dona reliqua, sed etiam merita perfectionis, naturæ specificæ iuxta quam graduum hierarchicorum diuisio, & ordinatio facta à Deo demum est, debent proportionari. Huic autem proportioni, quasi connaturali, meritorum naturæ specificæ Angelorum ad gradum vnumquemque hierarchicum spectantium, & excessui respectu Angelorum gradus remissionis opponit se merito Ariaga citat. sect. 4. sub sect. 1. num. 24. §. 5. *Hinc constat à fortiori*, est enim id fieri à Deo absolute potuerit, ut ipsi merito etiam docet num. 28. §. 2. *Quoad punctum* (imo, & quod omnes inferioris gradus Angeli fortius, intensiusque Deo vocati, quam superioris gradus Angeli responderent, id tamen ex connaturaliori providentia, & correspondenti perfectioni naturæ factum, faciendumve dici cum fundamento, non potest. Si quidem (ut supra ostendimus) auxilia gratiæ pro Dei arbitrio, ac sine vlla ad naturæ perfectionem maiorem aut minorem, attentione à Deo donantur: quorum donatione solummodo donari à Deo merita Angelis possunt, nec dubium alicui erit) non ita proportionate ad naturam Angelorum gradus cuiusvis esse à Deo merita eis omnibus auxilij congrue, seu radice bonæ voluntatis, (ut Augustinus ait) donata, (ut donarentur de facto, si connaturaliore providentia naturæ dignitas attendenda foret) patet; quia Angelis multis aequæ perfectæ naturæ, qui peccaverunt, atque ad gradus hierarchicos omnes pro naturæ dignitate, spectarent, ni peccassent nullum efficax auxilium, ut non peccarent dedit; quare multo minus connaturaliori providentiæ præiudicaret Deus, si Angelis bonis, eiusdem naturæ, & gradus inæqualia intensius merita, imo minus intensa, & minora quam Angelis inferioris gradus, donaret.

CERTAMEN VI.

*Demonum Respublica pessima eius-
que gradus.*

DEnique de sacrilega, & iniquissima demonum Respublica videndum restat, an suis gradibus, superioribus, & inferioribus, quae electione ordinatis, & dispositis constet. Atque esse inter illos superioritatem, & inferioritatem constans apud Doctores cum S. Thoma 1. p. quaest. 109. & in scriptura expressum. Matth. 9. 12. ubi Belzebul Princeps demoniorum dicitur, Phariseis, quibus, quoad Belzebul principatum Christus annuit, respondens, si *Satanas* Satanam eiecit, quomodo stabit regnum eius? & c. 25. *Ne maledicti in ignem aeternum, qui parati est diabolo, & Angelis eius*, id est, qui ipsius ministri sunt ad nutum subditi, & ad nutum obedientes, & exequentes, ut etiam Apocalyp. 12. significatur verbis illis, *Draco pugnabat, & Angeli eius, & non valuerunt*. Legionum autem ordines in nefario isto exercitu & principatu esse patet ex Marci 5. & Lucæ 8. eas vero legiones, seu demonum hierarchias oppositos, atque aduersus ministeria in Dei, & hominum odium, & inuidiam, nostram ruinam designatos destinatos, ab scelestissimo eorum Principe in malum hierarchicos ordines, & nomina imitantes esse satis, significat Paulus ad Ephesios 6. scribens, *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & potestates, aduersus mundi Doctores tenebrarum harum contra spiritualia nequitia in coelestibus*. Id est Spiritus nequam, qui in caelis peccant, vel super coelestibus nos oppugnant, & 1. Corinth. 15. *Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo, & Patri, cum euacuauerit, omnem principatum, & potestatem, & virtutem*. Quae de demonibus etiam iure intelligit Molinae. q. citat. 109. disput. 5. *Finis vero, iuxta glossam, quae sic cum locum interpretatur, Quantum durat mundus, Angelus Angelis, homines hominibus, & demonibus demonibus praesunt, ex quo loco opportuniorem, quam existimauit Arriaga, cita. sect. 4. subsect. 1. n. 33. esse textum ad Ephel. 6. ad probandos gradus Respublicae demoniacae facile constat: adiuncto praesertim, quod iam de eo, à quo iurisdictionis, & potestas aliorum demonum in alios, atque Belzebul, Satanæ, seu Luciferi, in omnes fuerint facta; quod postrema dubij huius postremi pars est.*

2. Super hac vero parte, qui ordines, & gradus omnes Angelorum ante obseruationem aliorum, & aliorum transgressionem dispositos censent, per denominationem extrinsecam à dispositione illa praeterita, à Deo in instanti creationis facta ex eis gradibus, & nominibus ceteri, etsi nullum ius perferat aliorum in alios, dicere consequenter posse censet Arriaga ubi proxime, ac subinde à Deo factam esse eam demoniacae Respublicae, & graduum eius, qualem qualem, & praedeterminatam dispositionem, sed praeter illius sententiae supposita falsitatem, ea extrinseca denominatione electionis demonum in gradus suos pro statu viae, ut praeterita, satis non est, ni in ipsis conferuetur, & permaneat, ut esse illos in gradus suos superiores, & inferiores dispositos dici absolute possit, sed solum me defuisse, etsi aliis alij naturae perfectionis sint: id enim ad gradus metaphysicos superiores constituendos, & inferiores satis erit, non autem ad disponendos gradus eiusmodi Respublicae demoniacae. Secundo gradus isti iurisdictionis sunt, ut ex scripturae locis datis colligitur. Tercio Arriaga idem ibidem, & num. 34. §. *Dices qui alios, ait probabile ex eo, quod alij alios traxerint ad peccatum, superioritatem gradus, & iurisdictionis in hos illos concedi: & videtur censere esse illis à Deo concessam; siquidem ait non obesse quod grauius alios trahendo peccarint, cum iurisdictione hac illis in malum vitam sit, quae augetur ipsis ex iurisdictione admittendum alios, eorumque missione ad homines tentandos; sicuti & demonibus ad id missis, ex quauis hominum*

peracta tentatione, & amplius, si illi homo succumbat, & peccet. Mala ac dedecens Deum doctrina, quae vitia permissionem tentandi, potestatem, & iurisdictionem pollicetur à Deo factam demonibus docet, quae ad malum, & peccatum determinate est, etsi in demonem, inde maior peccata redundet.

3. Dicendum ergo est: hos gradus iurisdictionales Respublicae demoniacae, ab infimo ad supremum, ab ipsi demonibus falsos, dispositosque in Dei, ut dixi, odium, hominumque, inuidiam, & perniciem, ubi enim peccatum, peccatum, oblationem in malo incurritur, in Dei, & hominum odium, & inuidiam, ita exacerbat, ut Dei augendi offensas, malique hominum & perditionis omni ante, & studio procurandis, se totos deuotum. Hinc qui alios demones de natura, & malitia praefectiores, magisque obinde ad ea disponenda, & peragenda industriae recognoscebant atque, ite experimento suae ab ipsis deceptionis didicerant seipsos eis ad ea perpetranda gubernandos vltro summitterent, ac iniquissimo, & praeternaturali naturae, cum specificae, tum indiuiduae Luciferi demones omnes. Ex qua omnium demonum, conuentione, & electione graduum superiorum, & inferiorum iurisdictionata eis, qui ad eum consensu omnium ad alios eorum suat electi ac Luciferi, in gradus & Angelos omnes si quemadmodum etiam ex populo, vel ab eo deputatis magistratuum superiorum, & inferiorum, imo, & principis, Regis, aut imperatoris electio, iurisdictionis, & iurisdictionis, suo cuique gradui ubique gentium facere conuenit, quin opus sit, ut Deus aliquo gradu & loco, etsi remotissimo, eam pollicetur velit, aut causet; sed solum permittit segeret, eam cuiusque exercitum, ut poterat, non impediendo, sed tum ad maius hominum honestum exercitum, & victoriam tum in demonum peccata maiorem utrumque permittendo.

4. Inde constat gradus hosce iurisdictionales demoniacae Respublicae postremi iudicis die finituros, cum solum demones alij aliis, in hominum inuidiam, & perditionem, quae vltro iudicii die disponi, peragere à demonibus non poterit) se conuolato subdiderit, ut Paulus, 1. corint. 15. glossa, & Molina, retract. n. 1. de cetero odiis, se mortalibus, alij alios prosequantur, nullatenusque alia in re inter se se concordent, nisi quod & Philo Hebraeus sapienter de quartanis febribus) pariter discrepat. Quare in id solum temporis, quo statim viae hominibus durabit alij demonis in alios, quae omnes in seipsos Luciferi iurisdictionem, & potestatem fecerunt, qui sane statim, ac subinde aliorum demonum in alios, & Luciferi in omnes iurisdictione, postremi iudicii vltimus die finietur. Deinceps vero nulla eis concordia, sed discordia omnimoda, rixae, atque odia implacabilia aeterna relinquantur.

5. Etsi autem demones alij in alios pro mundi huius duratione iniquissimam hanc potestatem, & iurisdictionem habeant, & exerceant Angelorum tamen potestati, & iurisdictioni subdantur à quibus pro nutu, vel coereantur vel permittuntur hominibus insidari Ecclesiam eiusque partes, & loca infestare, prout expedit, atque à Dei voluntate, permittit, ut scilicet, esse cognoscant, illis etiam interdum aliqua manifestant, praecipueque, ut tanquam, diuinae iustitiae ministri, aduersus homines manifestent, eosque ad penitentiam, fidem, & pietatem omnem hortentur; uti saepe à demonibus factum authenticis Ecclesiasticis scripturis legimus, atque energumencorum experimentis didicimus: cuius rei opte nostra aetate exemplum fuit, ubi energumena de extremo iudicio & poenitentia in nostri collegij Ecclesia concione ad populum viuissimam habuit, de ea demonum Angelis subiectione conueniunt Theologicum S. Thoma. q. 110. ar. 4.